



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Aduersus Manichæos dialogus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

- A selecti) Hoc de suo addit interpres, ut quid apotaſtici vox significet, ostendat. Verum eam parum commodè exponit. Apotaſtici enim huiusmodi hæretici dicebantur ἀπό τοῦ ἀποταſτήσαντος. i. propterea quod hoc ab ipsis exigebatur, ut omnibus facultatibus renunciarēt. φυλάττεται γάρ παρ' αὐτοῖς, vt docet Epiphanius hæresi. τὸ μισθὸν κακοῦ θεῖον. i. hoc apud eos obſeruatur, vt nemo aliquid possideat. 9. & verbum enunciari) καὶ τὸν λόγον φροφέοθει, vel φροφορίον εἶναι (sic enim in Græco haberi existimo). i. Verbum non per se conſistens esse (quod Græci dicunt ἐν πόσατο) sed tanquam ἀνυπόστατον quiddā duntaxat proferri: quemadmodum sermo noster à mente profertur. Eodemq; modo exponendum est verbum enunciatiuum paulo pōst in hæresi Paulini. 10. per actionem impropriæ creatum) εἰνεργειαν enim (hoc est vim quandam & operationem) cum esse dicebant, ac non per ſe confifere. 11. qui etiam nunc tentat vitam) Vel hæc verba ab aliquo affuta ſunt (qui ea fortasse ab Epiphanio accepit, nam is hæresi 76. qua est aduersus Arianos, de eo loquēs, his verbis vtitur, διὰ τὴν περίεστην τῷ Λεω) vel per Arianū hoc loco. B Arianū errorum intelligi necesse eft. Alioqui enim, quo tandem modo Arianus, qui Epiphanius tempore prouecta iam admodum extate erat, vsque ad Damasceni tēpora vitam propagare potuiffet? 12. metu regis) βασιλεὺς hoc loco imperator potius verti debet. Constantiū enim imperatorem intelligit Damascenus. 13. Collyriani) Collyridiani legendum eft, quemadmodum & versu ſequenti. 14. tortam panis) In vtraque Basiliensi editione corrupțe totam legebatur. Pro quo tortam ſubſtitui. 15. verbis acerbitate) Legendum hoc loco censeo, vel acerbitate. 16. nōſque qui coniugij) Pro, nōſque, eōſque reſtituēdū eſſe, ſenſus oſtendit. 17. tamen gubernationis) οἰκουμενᾶ hic in Græco eſſe fuſpicio, quod εὐαγθρώπησι. i. humanitatem à Christo ſuceptam Theodoritus interpretatur. 18. Agonclitæ) Agonyclitæ legendum eſſe patet ex eo quod ſequitur.

C 
D. IOAN. DAMASCENI
 ADVERSUS MANICHÆOS
 DIALOGVS.

Interlocutores, ORTHODOXVS & MANICHÆVS.

- D Cum Græcum hunc Dialogum manuſcriptum, ab illuſtrissimo Cardinali Sirleto ad me miſſum, iam priuilegiū accepiſſem, cūmque cum illo, qui Basilea poſtea excuſus eft, contuliffem, eos, etiam in plerisque mendofis locis, ita concordes reperi, ut prouisus exiſtimem, vel Basiliensem ex Cardinalis manuſcripto, vel utrumque ab alio quodam tranſcriptum fuiffe. Ut cunque ſit, elegans & arguta atque erudit, eft hac diſputatio, digna que plane, quæ Damasceni nomen preſerat: niſi forte illud, de quo à nobis ſchol. 13. aliiquid annotatum eft, quominus ei Dialogus hic aſcribatur, impediſmento ſit. Qua tam de re penes doctiores iudicium eft.

ORTHODOXVS.

- E  VONIAM mutuae diſputationis cauſa congreſſi ſumus, quæro ex te, quidnam illud eft, quod nobis in hac diſputatione proponatur. M A N I C H. Vt fidei doctrinam excutiamus: quod verum à nobis inueniatur. O R T H O D. Vero falſum ne aduerſatur? M A N I. Prorsus. O R T H. Quid ita? M A N. Quoniam verum eorum, quæ ſunt, eft cognitio: falſum autem, eius quod non eft. O R T H. Haud recte respondiſti. Nam verum quidem eorum quæ ſunt eft: ¹ at falſum eius quod non eft, haudquaquam cognitio eft. Quod enim non eft, ne cognosci quidem poſteſt. M A N. Quidnam ergo falſum eft? O R T H. Eorum quæ ſunt ignoratio. M A N. Recte dixiſti. O R T H. Si igitur verum eorum, quæ ſunt, cognitio eft, falſum autem, eius quod eft, inſcritia, dic quæſo, cognitio habitusne eft? M A N. Eft planè. O R T H. Si cognitio habitus eft, ignoratio herclè priuatio erit. M A N. Imò ignoratio quoque habitus eft.

Kkk iiij

D. IOANN. DAMASCENI

ORTH. Quid est ignoratio? MAN. Cognitionē non habere. ORTH. Particula hæc, nō, priuationē mne, an affirmationē & habitū significat? MAN. Priuationē.

ORTH. Non ens igitur an nō id dicimus, quod essentia caper? MAN. Sanè. ORTH.

Ergo cūm ignoratio nihil aliud sit, quām cognitionē nos habere, particula autē

ista, non, priuatiua sit, sequitur ignorationē priuationē esse, nō habitum. MAN.

Belle dixisti. ORTH. Cūm igitur veritas cognitio sit, habitus quoque scilicet e-

rit: eodem q̄ae modo cūm falsum ignoratio sit, non est dubium quin priuatio-

nis rationem obtineat. Sicq̄e verūm habitus erit, falsum priuatio: ac verū qui-

dēh ens, falsum autem non ens. MAN. Ita sanè. ORTH. Aḡe, malum falsitatis.

ne an veritas est? MAN. Falsitas. ORTH. Ergo malum non est, sed priuationis

rationem habet, nec omnino est: &, quemadmodum priuatio habitui, sic bono G

opponitur. Verūm ad institutum redeamus. MAN. Redeamus sanè. ORTH.

Vnūmne rerū principiū esse ais, an duo? MAN. Duo, vnum bonū, alterum malū.

Ac bonum quidem arborem bonam appello, quāque bonum omne contineat,

& efficiat, nec fructū malum edere queat: malum autem tenebras, corruptionem,

malam arborem, quāque mali omnis ac vitij sit efficiens, nec fructum bonum af-

ferre queat. ORTH. Quicquāmne inter hæc duo principia cōmerciū est, necne?

MAN. Nihil prorsus inter ea commune est, sed alterum alteri contrarium est &

inimicum. ORTH. Alterūm sile in altero, aut alterum cum altero sunt, an verò

distincta? MAN. Distincta primū erant, atque vtrumq; suis finibus se tenebat.

ORTH. Quonam igitur nōdo nunc inter se mixta sunt? MAN. Bonus in loco H

suo in omni bonitate ac beatitudine versabatur. Materia autē, hoc est malū, per

multa secula nec vitæ, nec motus particeps fuit, sed foeda ac deformis caligo, &

sensus expers. Postea autem materia secum ipsa seditio nem exēcuit, ipsiusq; fru-

etus prælio inter se decertarunt. Cūmque alij fugerent, alij insequerentur, ad lucis

fines peruererunt, eamque conspiciēt, pulchritudinis ipsius cupiditate capti

sunt, pugnandiique inter se finem fecerunt: cōsentientib⁹que animis lucem ado-

riri instituerunt. Quamobrem cūm bonus ille potestatem luci subsidio misisset,

conserto prælio tenebrarum principes lucis partem comederunt. Bonus quippe

potestatem illam sibi eripi passus est: illud scilicet veritus, ne loco suo illi poti-

rentur. Hoc autem ea ratione fecit, vt per eam partem, quam tradiderat, imperium

in malum obtaineret. Sicq̄e boni & mali commixtio concretiōque extitit. Ete-

nim ex boni parte anime, ex vitij essentia corpora orta sunt. ORTH. Mane que-

so, atq; hæc vna consideremus. MAN. Consideremus sanè. ORTH. Principium

quot modis usurpat? MAN. Dic ipse. ORTH. Anarchum quidē id est, quod

principium non habuit. Aꝝχīs autem, id est principiū vocabulum, æquiūcum

est. Multas enim significaciones habet. Nam & de tempore principium dicitur:

quemadmodum & Solis ortum diei principium, itēmque anni principium dici-

mus. Et rursus de locis principium dicimus, vt principiū viæ, & paradisum flu-

minis Phison principium dicimus. Quin principium quoque ratione dignitatis

ac potentia dicitur: velut regem, eorum quibus præst, principium dicimus. Ad-

hæc principium dicitur, quod naturā priūs est, vt in numero. Etenim si duo sint, K

vnum quoque necessariō erit: vnum autem si sit, non item duo vt sint necesse est.

Eraūt quippe duo vnum & vnum: Vnum autem duo non sunt. Ita fit, vt vnum

duorum principium dicatur. Principium insuper de ordine quoque dicitur.

Vt prima dignitas Lector est, deinde Subdiaconus, post Diaconus, tum Presby-

ter, atque ita demum Episcopus dicitur. Denique principium de causa etiam us-

surpat, idque trifariam. Aut enim causa naturalis est, vt causa filij pater

est. Aut efficiens, vt rei conditæ principium est conditor. Aut imitans, vt

imaginis principium est id à quo imago ducitur. Cūm igitur tot modis prin-

cipij vox sumatur, id demum verè ἀναρχον, hoc est principij expers, dici-

tur, in quod nullum horum principiorum cadit. Quonam igitur modo duo

principia esse ais, quæ principio careant? MAN. Omnibus nimirūm modis.

Etenim

*Malū bono
oppōnitur
ut principiū
habitui.*

*Manichae
rum dogma
de principi-
piis.*

*æxī plures
significatio-
nes habet.*

- A 2 Etenim hac demum ratione sine principio erunt. O R T H. At in caput tuum mentitus es: cùmque à falso exorsus sis, improbum quoque finē habebis. M A N. Quī tandem? O R T H. Quoniam cùm duo dixisti, à numero incepisti, Binarius autem principium haud est. Binarij siquidem aliud principium est, nō expē vnitatis. Quare cùm de principio verba facis, vnum principium dicas necesse est, quod perfectum principium sit. Vnitas enim binarij principium sua natura est. Quamobrem, si duo principia sunt, vbinam principium illud erit, quod naturā prius est, hoc est vnitatis? M A N. Atqui tu quoque tres personas dicas. Quid igitur est, cur ab vnitate incipiendum esse dicas? O R T H. Etsi tres personas dico, tamen principium vnum esse aio. Pater enim Filij ac Spiritus sancti principiū est, non quidem temporis, sed causæ ratione. Siquidem & Filius & Spiritus sanctus ex Patre sunt, non tamen post Patrem. Quemadmodū enim lumen ex igne oritur, nec tamen ignis lumen tempore antecedit (neq; enim fieri potest vt ignis luce careat) verū ignis luminis illius, quod ex se oritur, principium atque causa est: eodem modo Pater quoque Verbi ac Spiritus sancti principium & causa est (nam & Verbum & Spiritus ex Patre sunt) nec tamen tempore iis antiquior est. neque enim fieri potest, vt Pater sine Verbo, aut Verbo sine Spiritu sit. Quocirca principium vnum, vt Verbi ac Spiritus causam naturalem, Patrem intelligo. At tu nec malum ex bono, nec rursus bonum ex malo ortū esse dicas. Quod autem fieri nequeat, vt duo vestra principia, temporis ratione, principio careant, ad hunc modum cognoscemus. Quod ortum non habuit, immutabile est. Nam si mutatum est, ortu haud omnino caret. Etenim cùm ab incorporeo in corpus, aut ab informi in formam, aut ab immobili ad motum, aut à quiete & tranquillitate in dissidium tumultūmque vertitur, fieri incipit id quod ante non erat. Ita, sine origine non est, cùm ex eo quod sine origine erat, in id quod incipit, mutetur. Nam quod initium accipit, aut aliquando accepit, haudque quam ortu caret. M A N. Quid igitur? Tuus Deus, an non, cùm Filium genuit, ac Spiritum produxit, mutationem subiit? O R T H. Minime verò. Nec enim dico, Cùm prius Pater non esset, postea Pater factus est: sed, Semper Filium suum ex se genitum, itēmque Spiritum suum per Verbum suum ex se procedentem habuit. M A N. Quid? cùm postea res vniuersas creauit, an non mutatus est, vt qui creator atque opifex effectus sit? O R T H. Minime id quoque. M A N. Quī tandem istud? O R T H. Quoniam id omne quod condidit, non ex substantia sua, sed voluntate ex nihilo in ortum protulit. M A N. Quid? cùm res conditas existere voluit, an non mutatus est, cùm quod prius nollebat, velle cœpit? O R T H. Ne ictud quidem. Non enim cùm prius noluisse, postea voluit: sed semper, vt (quo tempore ipse constituerat) res conditæ oriarentur, in voluntate habebat. Iam, quod ne loci quidem ratione duo, qui ortum non habuerint, esse queant, hoc modo perspiciemus. Duo ista aut alterum in altero erunt. (Impossibile autem est, vt lux & caligo simul existant, cùm lucis præsentia tenebras de medio tollat:) aut utrumque horum seorsim in suo loco est. Quod si concessum fuerit, utrumque suo loco circumscribetur, vniūque finis alterius quodammodo principium erit. At ne istud quidem fieri potest, quin lumen cum tenebris permisceatur, nisi aliquid sit interiectum, quod utriusque coniunctionem impedit. Opus est itaque & lucem ipsiusque locum, & tenebras ipsarūmque locum esse, ac denique illud quod interiectu suo utriusque regionem dirimit & secernit. Ita iam, non duo, sed quinq; principia erunt. M A N. Quid igitur? an non eadem in tuum quoque Deum, atque ipsius Filium cadent? O R T H. Minime. Neque enim ego Deum in loco esse aio, cùm quantitatis expers, atque ab omni comprehensione alienus sit: nec tres personas inter se disiunctas ac separatas esse asserto. Verū, vt sermo, qui ex mente gignitur, ab ea non excedit, nec sciungitur, sed ex ea gignitur, & in ea est: ad eundem quoque modū Filius & Spiritus ex Patre, & in Patre sunt. Vna enim est essentia, nec personæ à se inuicem secerni possunt, quemadmodum videlicet

Kkk iiiij

D. IOANN. DAMASCENI

nec mentis vires ab ea separari ac distrahi quēunt. Etenim miro quodam , ac na- F
tura præstantiore, modo Verbum ac Spiritus, tum inseparabiles Patris vires sunt,
tum perfectæ personæ. Consentaneum enim est, vt qui Dei qui naturam omnem
excedit, virtutes sunt, miro quoque ac naturam omnem superante modo per-
sonæ sunt. Quò fit, vt licet tres personæ sunt, unus tamen Deus sit, non tres. Mens
enim & Verbum & ipsius Spiritus, mens una sunt, non tres mentes: quemadmo-
dum scilicet rosa planta, & flos, & virtusque horum suauitas, rosa verè appellatur;
nec tamen tres rosa in connumeratione dicuntur, sed duntaxat rosa radix, &
ramus, & flos. Iam quòd ne dignitatis quidem atque imperij respectu duo prin-
cipia sunt, ita exploratum habebimus. Cùm duo duntaxat essent, Deus nimirūm
& materia, aut alter alterū vincebat, eique imperabat, aut alia quoque erant, quæ G
duobus principiis parerent, eiusdemque, cuius illa, æternitatis essent. Hicque ra-
tione non duo tantum, sed plura principia erunt, duo nimirūm quæ imperent, a-
lia autem quæ subsint ac pareant. Aut, si eiusdem cum principiis æternitatis non
erant ea quæ parebant, tempus fuit, quo principia non erant. M A N. Quid? An
non tuus quoque Deus in iisdem incommodis versabitur? Aut enim subiectæ
ipsi res creatæ eandem cum eo æternitatem habebant: aut tempus fuit, quo im-
perij ac principatus expers esset. O R T H. Haud ita se res habet. Neque enim res
conditæ ipse coæternæ erant: & tamen ipse essentiæ & semper dominus erat, &
erit, vt qui essentias Verbo suo ac Spiritu oris sui ex nihilo in ortum producendi
potestatem habeat. Nec verò ipsius Verbum prolatitium est, sed essentiale ac
personam constituens, nec os eius membrum corporeum, nec ipsius spiritus ha- H
litus quidam eiusmodi est, qui dilabatur & euanebat: verùm illius, qui essentiam
omnem superat, omnia quoque essentiam antecellunt: etiam si nos ex his, quæ na-
turæ nostræ consentanea sunt, ea, quæ natura nostra præstantiora sunt, contem-
plemur. Quin nō naturalis & essentialis causæ respectu principia vestra consiste-
re queunt. Nam Pater Filij sui consubstantialis genitor est, sempiternus videlicet
sempiterni, corpore vacans corpore vacantis. Quocirca si naturalis causæ ra-
tione omnium rerum principia sunt, omnia certè eiusdem cum vestris principiis
& substantiæ & æternitatis erunt. Quòd si æterna, non est dubium quin immu-
tabilia, & contraria, & ab omni commercio aliena, ac denique principatum &
herilem autoritatem obtinentia, non autem subdita ac serua. Sin autem vestra I
duo principia efficientis causæ respectu principia sunt rerum, profectò nec ani-
mæ ex Dei, nec corpora ex materia essentia, sed ex nihilo in ortum prolatæ sunt.
Ita nec materia cum luce dimicavit, nec partem ipsi eripuit, animasque effecit.
Quî præterea fieri potuit, vt quæ contraria erant, atque ab omni commercio ab-
horrebant, ad unius mundi effectu conspirarint, ac malus quidem corpus,
bonus autem animam condiderit, atque ambo hominem, animal unum, conser-
cerint? Sin verò imitationis ratione principia vestra principia esse ait, quemad-
modum primaria imaginis causa est id à quo imago exprimitur, quid afferriri po-
test, quin ea principia alij quoque mundi sint, ad quorum similitudinem mun- K
dus hic factus sit? Non enim una in rebus est species, nec una aut due formæ, sed
innumerabiles. Quî porrò fit, vt innumeræ species duorum vestrorum princi-
piorum imaginem gerant? Ex quo perspicuum est, nullo modo consistere posse
vestram de duobus principiis sententiam. Quarite enim vel ex simplice puer-
orum turba, Binarius principatum obtinet, an unitas? ac respondebunt un-
itatem inter omnes numeros principatum tenere. Ita vos ipsos etiam pueros
puerilitate & stoliditate superatis. Quin illud quoque nobis interrogantibus
respondete. Bonumne & utile atque moderatum est multorum imperium, an
unius? Nemini profectò dubium est, quin multorum principatus confusus ac
turbulentus sit, bellumque & pugnam, atque calamitates ac perniciem accersat:
contra unius imperium firmum & equum sit, pacemque & ordinem & tranqui-
litudinem & iustitiam conciliat, hocque afferat, vt res in melius augeantur. Quam-
obrem

- A obrem si de vestra sententia duo principia sunt, quæ ortum non habeant, impetrantium vtique multitudo rebus dominatur, principiumque omnium rerum est malum: sicutque malum unicum principium constituendum erit. Iam verò quoniam modo duo illa principia, quæ confinxistis, ab omni prorsus commercio abhorre contenditis? Nam si & hoc, & illud est, & hoc essentia est principij expertis ac sempiternum, & item illud, vt nulla omnino ex parte quicquam inter ea commune sit, fieri nequit. Hoc enim inter ea commune est, quod & sunt, & essentia sunt, & ortus expertia ac sempiterna principia sunt. Ita omnibus modis doctrina vestra falsa esse demonstrata est. Ac rursus. Si duo sempiterna principia sunt, utrumque eo, quod sibi charum & familiare est, gaudet & oblectatur: bonumque id esse cenit, quo conseruatur. Vnicuique etenim rei illud bonum est, quod iphus naturam tuetur. Itaque & vester ille bonus, & vester malus, uterque de se gaudet, iisque quæ sibi chara & familiaria sunt, delectatur, eaque bona esse dicit. Quisnam igitur est, qui alterum bonum, alterum malum esse iudicavit? Nimirum enim ille maior utroque ac præstantior Deus est. Inferius enim à præstatori, & is qui subest, ab eo qui præstet, iudicatur. Quin illud quoque dicas velim, inter vestra duo principia quicquamne commune sit, an ea ab omni penitus commercio abhorrent? M A N. Nihil prorsus inter ea quandam commercij erat. Siquidem alterum in confertissima omnium bonorum copia versabatur: alterum in malorum. Verum permixtio postea concretioque extitit. O R T H. Differ, quæso, aliquantis per hunc de concretione sermonem, ac mihi illud prius explica, ènsne enti ratione essentia repugnet, an potius non ens enti? M A N. Id quod malum est, ei quod bonum est, repugnat. O R T H. Non hoc sciscitatus sum, bonum vel mali ratione, sed an essentia respectu inter se pugnant. Nam ea quæ sunt, haudquaquam omni ex parte inter se pugnant. Hac enim ipsa ratione, quod sunt, commercium quoddam inter se habent. At huic quod est, quod non est, aduersatur. Ex quo efficitur, vt si malum bono prorsus contrarium sit, cum bonum ipsum sit, profectò nullam mali essentia sit. Itaque malum priuatio est essentia, ac malum appellatur. Et si bonum essentia est, malum certè essentia caret: aut alioqui non omni ex parte sibi mutuo aduersantur. M A N. Quid ais? An non malum in rebus perspicitur? O R T H. Malum vndique perfectum in rebus non cernitur. Nam nec Deus, qui verè est, aliisque rebus hoc præstat vt sint, malum est. Verum & id quod omnium rerum causa est, bonum est, & omnia quæ ab eo condita sunt, bona. Porro omnia quæ sunt, ab eo ex nihilo in ortum prodigata sunt: atque omnia bona, & quidem valde bona. Malum autem nihil aliud est quam voluntaria abiectio atque priuatio eorum, quæ ratione videnti naturæ diuino beneficio concessa sunt: vt paupertas est opum amissio. Siquidem opulentia est eorum, quæ sunt, possessio, puta auri, argenti, pellucidorum lapidum, variarum vestium, liberorum, ancillarum, brutorum, agrorum, atque aliorum id genus, quorum vnumquodque essentia est. Quod etiam fit, vt diues appelletur, qui ista adeptus sit, velut πολυτελεῖος, quispiam, hoc est, qui essentiis circumfluat. Contraria paupertas, si particularem species, est particularis horum amissio: si autem omnimodam, omnimoda priuatio: non secus videlicet atque corporis integritas bonum est: vnius autem partis amissio, particulare malum, non illud quidem existens, sed eius quod erat priuatio. Cernitur verò, hoc est consideratur, in eo quod est, non tanquam ens, sed tanquam id quod esse desierit. Exempli gratia: oculus & visus re vera sunt: at cæcitas, essentia non est, verum oculi, qui prius fuerat, amissio. Atque in corpore, quod constat & est, non tanquam ens consideratur, sed vt oculi, qui fuerat, orbitas. Atque ita sigillatum amissionis membrorum incrementum, mali incrementum dicitur. Nec enim malum est, sed dicitur: atque in reliquo corporis amissorum membrorum interitus consideratur, non tanquam ens, sed vt non ens, nec tanquam habitus, sed vt priuatio. Ad eundem etiam modum malum, seu peccatum, est voluntaria bonorum eorum, quæ naturæ ratione

*Nulla om-
nino res von-
dique mala
esse potest.*

*Genes. 1.
Quid sit
malum.*

D. IOANN. DAMASCENI

præditæ à Deo data sunt, amissio. Nam in iis, quæ ratione atque anima carent, voluntarium dici non potest, sed in iis, quæ rationem acceperunt. Quocirca malum nihil aliud est, quām naturalium facultatum abuso. Etenim si viribus illis, quæ à Deo animæ tributæ sunt, ad ea vtamur, ob quæ eas accepimus, hoc est, vt sanxit is, qui dedit, bonum est: sicut autem non iuxta id, cuius causa eas accepimus, sed contrà quām sanxit is, qui dedit, vtamur, malum. Non quòd facultates ipse, aut earum vñus malus sit, sed quòd malus vtendi modus, & cum donantis Dei legge pugnans. Nam si bonus Deus est, bona quoque naturalis ipsius lex est, atque ens ex ente: eius autem contemptio, legis in nobis códitæ priuatio est. Verbi gratia: cupiditas & ira, actio & virtus operatrix, atque etiam ante hæc omnia ratio, non mala sunt, sed bona, si ad eum finem, ob quem accepimus, hoc est iuxta Dei, G qui ea dedit, legem ea adhibeamus: mala autem, non ipsa, verùm hoc dñm, nimirū iis, non vt eius, qui dedit, legi consentaneum est, vti. Etenim si cibo, & potu ac somno, aliisque id generis, tuendæ vitæ causa vtamur, quoduis horum bonum est. Eodem modo si cupiditatem & amorem erga Dñm, qui solus natura expetendus est, atque erga proximum, quemadmodum Dei lex fert, adhibeamus, bonum est. Si insuper gignendorum liberorum causa, vt fert lex ea, quæ natura à Deo lata est, venereis rebus cum vxoribus nostris vtamur, bonum est.

Exod. 20. At verò si, contrà quām lege Dei sanctum est, ad aliena cupiditatem adhibemus, malum est. Dixit enim Deus, Non cōcupisces agrum proximi tui, nec vxorem eius, nec quæcumque ipsius sunt. Et quidē vt fornicatio malum sit, non concubitus facit, sed quia cum aliena res habeatur. Sic inanis gloria non è mala est,

H quòd gloria ametur, sed quòd ea gloria non ametur, quæ à Deo proficiscitur. Consimili modo odium & ira, siquidem aduersus eos, qui animarum nostrarum saluti impedimentum afferunt, ac ne cum Deo per obedientiam copulemur, obstant, nōsque ab eo abstrahunt, hoc est aduersus diabolum, siusque seruos adhibentur, bonum est. Ait enim ille, Nónne qui te oderant Domine, oderam, &

I super inimicos tuos tabescbam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Et sancti martyres iusta aduersus tyrannos iracundia inflammabantur. Ac si aduersus amicum meum à Deo me abducentem ira exardescam, bonum est. Si quis mihi salutem eripere molitur, ira atque odio in eum flagrare bonum est. At

J si iuxta mundum mihi molestiam exhibeat, etiam vtilitatem mihi affert, dum me iis rebus orbat, quæ materia constant. Ob eāmque causam benevolentia potius,

K quām odio, in eum afficiar. Cædes malum est. Vnius enim Dei est anima à corpore disiungere, qui ea inter se quasi vinculis quibusdam astrinxit. Cæterum si Dei iussu cædem admittam, bonum est. Quicquid enim Deo authore fit, bonum est. Malum itaque est usurpare velle, quod nostrum non est, sed Dei. Proximum condemnare malum est. Dei enim filius est iudicare. Ac proinde malum est iis,

quibus à Deo munus iudicandi minimè concessum est, Dei autoritatem sibi arrogare. Inanis gloria, & superbia malæ sunt. Deo enim soli elatio & gloria conuenit. Itaque malum nihil aliud est, quām viribus naturalibus, contrà quām na-

L turæ & lex ferat, vti: quod quidem non in essentia, sed in studio instituto que nostro cōsistit. Scire enim operæ pretium est duplice modo tam bonum quām malum sumi. Bonum etenim dicitur, id quod à Deo, qui natura bonus est, donatum est. Quemadmodum enim lumen omne à Sole vel igne illustratur: ita bonum omne ab infinito illo, captiūmque omnem superante bonitatis pelago, statum habet: ac quicquid à Deo proficiscitur, bonū propriè ac verè est. Rursus impropiè & abusu, atque ex nostra consuetudine, bonum id dicitur, quod nostro sensu & appetitu suave videtur: quod quidem ad tempus quoddam oblectat, postea autem, cùm aduersus Creatoris legem existit, acerbum fructum edit, & quamvis boni speciem habeat, non tamen bonum est, sed propriè malum. Eodemque modo malum propriè illud est & appellatur, quod aduersus Creatoris legem perpetrat. Impropiè autem, ac nostro more, quod ad sensum nostrum graue

M Duplex est tam boni quām mali cōsideratio.

- A graue ac molestum est: quod quidem licet in praesens dolores afferat, tamen postea salutis ac sempiternæ latitiae fructu edit. Dic porro vnum rei omnis principium est, an duo? M A N. Vnum. Nam si duo sint, quia tandem ex duobus contraxis vnum atque idem progredietur? Etenim quae omnino contraria sunt inter eorum actionem nihil omnino commune est. Quoniam enim anima, quae a materia remota est, ex eo, quod materia caret, & ex materia erit? Aut quoniam modo ea, quae contraria sunt, rem eandem produixerunt, cum inter se discerent? Etenim quae natura contraria sunt, hanc rationem habent, ut nihil inter ea commune esse possit. O R T H. Recte dixisti. Cuiuslibet porro ex omnibus rebus vnicum est principium? M A N. Vnicum omnino. O R T H. Quid?
- B Ipsum esse, principium duorum tuorum principiorum est, an contra ex duabus principiis ipsummet ortum est? M A N. Quorsum istud tendit? O R T H. Si principia tua ex ipso esse orta sunt, en principium vnum est, non duo. Etenim si prius est ut aliquid sit, quam ut quoquo modo sit (non enim quoquo modo esse, hoc est malum vel bonum, sed simpliciter ipsum esse tuorum principiorum origo est) vnum hercle principium est, non duo. Sin autem ex tuis principiis ipsum esse ortum habuit, duo contraria eiusdem rei principia erunt. Quemadmodum enim simplex essentia, vna cum sit, diuersarum qualitatum capax est, atque hac ratione multæ essentiae dicuntur: sic etiam simpliciter esse, licet vnum sit, tamen cum in diuersis rebus consideretur, hoc efficit, ut essentiae multæ denominatiunculae nuncupentur. At qui hoc abs te constitutum est, inter eorum, quae inter se contraria sint, actionem commune nihil omnino esse posse. Ex quo efficitur, ut ipsum esse non ex duobus, ac presertim contrariis, sed ex uno duntaxat principio ortum habeat. Neque enim esse causa entis est. Non enim esse ente antiquius erat: (in quo etenim consideraretur?) verum esse in eo, qui sempiternum est, consideratum, in ipso & ex ipso tanquam causa atque authore extitit. Ex quo illud intelligitur, quod ipsius esse vnum tantum principium est, nec contrarium ipsi quicquam est. Ac rursus: Motus cuiuslibet rei vnum principium habet, an duo? Principium autem hic intelligo tam substantiale, quam efficax, & locale ac temporale. Substantiale porro ad cuiuslibet rei ortum spectat. Temporale autem id indicat, a quo tempore principium status accepit. Locale, a quo loco moueri coepit id quod a loco incipit. Efficax denique, ex cuius vi & facultate operatur id quod operatur. Exempli causa: Primum illud est ut homo sit, deinde ex quo tempore ortus est, tum a quo loco moueri coepit, puta ambulare, atque ambulandi facultate vivi. M A N. Vnum principium est. O R T H. Optimè vero. Neque enim fieri potest, ut duo substantiae vnius rei principia sint. M A N. Non sanè. O R T H. Istudne singulatum in omnibus rebus consideratur, necne? M A N. Singulatum in omnibus rebus. O R T H. Quod igitur singulatum in unaquaque re perspicitur, id in omnibus quoque communiter considerabitur. Verbi causa: Quod qualibet homo habet, hoc tota quoque hominum natura habet, puta vivere, ratiocinari. Et quod quævis essentia habet, hoc item communis essentia habet, nimirum
- C hoc ipsum quod sit. Ergo eodem etiam modo si singula ea quae sunt, ex uno principio orta sunt, vniuersa quoque ea quae sunt, ex uno item principio orta sunt, ac non ex duobus. Sicque non duo principia erunt, sed vnum. M A N. Quid est quamobrem Deus ortum non habuerit? O R T H. Quoniam id quod non est, a seipso esse non habet. Quod porro a seipso esse non habet, quoniam modo a seipso erit? Necesse est igitur, ut quod non est, ab aliquo quod sit, ut sit accipiat. Ita sit ut primum illud quod aliis rebus, ut sint, tribuit, atque a seipso statum habet, principio caret. M A N. Quid est quamobrem principium vnum sit, non duo? O R T H. Quoniam binarius ab unitate, tanquam unitatis foetus progreditur, & binarius origo unitas est, ac binarium unitas prouersus antecedit: & quia vnum rei cuiusvis est principium. Quod si cuiusvis rei principium vnum est, vnum quoque duntaxat principium sit necesse est. Nam quae in singulis quibusque rebus ratio-

D. IOANN. DAMASCENI

redditur, nihil est quam obrem ea quoque in vniuersis non reddatur. Ac rursus. Si duo principia sunt, multiplex est imperium: si multiplex imperium, & seditio: si seditio rerum principium est, malum quoque rerum origo est. Seditio enim malum est. Iam verò consensaneum illud est, Deum omniosus, quae dicuntur aut cogitantur, maiorem esse, ac majora habere. Vtrum ergo maius ac præstantius est ex nihilo, vt Deo dignum est, res efficere, an humano more per procreatricem, vel potius fabricatricem arteria in materia versari? M A N. Præstantius omnipotens est ex nihilo efficere. O R T H. Ergo Deo naturas ex nihilo procreare conuenit. G Aproinde materia non erat, sed à Deo cōdita est. M A N. Deus quoique modo principij expers est, an aliqua ratione expers, aliqua non? O R T H. Si non omni ratione principio caret, simul & principij expers est, & non expers. Si autē omni ex parte principio caret, verè ac suapte natura principio expers est. Quod autem principium non habuit, ne finem quidem habiturum est. Siquidem finis quoque unum principij genus est. Itaque quicquid ortum habuit, suapte natura finem quoque habebit: ac rursus quicquid finem habet, initium quoque habuit. Nam etiam angeli, cùm ortum habuerint, finem quoque sua natura habent, etiā diuina gratia esse rursus incipiunt ac renouantur. H Quemadmodum enim immobile corpus, sphæricum puta, cùm moueri coepit, à loco incœpit: cùm autem ad eum locum peruenit, vnde incœpit, circunferentiam suam ac circularem motum absolvit, ac rursus motum suum auspicatur, nouimque motus initium facit, sicque tantisper motū suum rō intermitit, quoad is voluerit, qui ipsum moueri iussit: eodem modo angeli quoque, qui vitali motu agitantur, cùm ad naturalem existentiæ suæ finem peruenierunt, Creatoris iussu vitalem motum rursus auspicantur. Semper enim à Deo tum vt sint, tum vt vitalem & intellectualem in motu moueantur, accipiunt, cùm id suapte natura minime habeant. Vt enim trochus impulsus mouetur, actadem definit: quod si perpetuò impellatur, perpetuò quoque mouetur, etiamsi à se motum haudquam habeat: sic etiam angelis, cùm à seipso, vt sint, non habeant, tantisper mouentur, quantisper eos conditor mouet: quod si ille non moueat, moueri desinet. Itaque quod ortum habet, omnino finem quoque habet: ac vicissim quod finem habet, id etiam ortū. Quodque natura ortum non habet, hoc omni ex parte, hoc est & causæ & temporis, & loci, & potestatis ratione ortum non habet. I Quocirca duo principia vel simul erunt, vel loco circumscribentur, nec ortu carebunt. Qui porrò lux ac tenebra simul esse queant? Lux enim tenebras de medio tollit. Quod si fines suos lux, fines item suos tenebrae habent, iam nec lux circumscriptionis expers est, vt quæ ubiq; non sit; nec tenebrae. Ita non omni ex parte principio carebunt, vt quæ locale principium habeant. Neque enim fieri potest, vt lux & tenebrae, nisi sit aliquis velut murus interiectus, mixtionis prorsus omnis expertes sint. Etenim si non lucernam accendamus, locus ille, qui lucernæ proprius est, splendidior erit: qui paulo remotior, obscurior futurus est, quoad lux omnino deficiat, ac puræ atque ab omni luce secretae tenebrae fiant. Aut enim à principio tenebrae luci admiscebantur, sicque hæc prorsus inter se contraria, atque ab omni foedere & commercio aliena non erant: aut aliud quiddam interiectum ab initio erat, quod ea fecerneret, atque ita non iam duo duntaxat, sed tria principia erunt. Iam verò quod natura insitum est, mutationem omnem respuit: quod autē mutatur, non natura est. Quocirca si hoc natura ferebat, vt inter lucem ac tenebras nihil omnino commune esset, quā postea factum est, vt commercium inter se habuerint? Quonam modo ex bono & malo animal unum, hoc est homo, effectum est? Nam si coierunt, sanè commercium inter se habuerunt. Coitio enim atque conciliatio, voluntatis communicatio est. Sicque nec bonus pуре ac planè bonus permanxit, nec malus malus: sed uterque immutatus est. Quod porrò mutatur, id nec principij expers est, nec Deus. Ac rursus: Id quod est, eīne quod est, an ei quod non est, aduersatur? M A N. Ei quod non est. O R T H. Ergo duorum eorum

A rum principiorum, quæ tua ratione ac sententia prorsus inter se contraria sunt, alterum erit, alterum non erit. Ac rursus: Id quod est, eîne quod est aduersatur? M A N. Malum esse, & bonum esse, inter se pugnant. O R T H. Igitur vni & ei- dem contraria simul insunt, ac simul essentiam habent. M A N. Et quoniam modo contraria sunt? O R T H. Quod non est, ne nominari quidem potest. Prius enim aliquid esse necesse est, ac deinde nuncupari. Quonam itaq; pacto id quod non est, cum eo quod est, pugnat? Nam quæ inter se pugnant, primùm ut sint necesse est, ac deinde ut pugnant, tuncque pugnantia nominentur. Quod enim non est, qua tandem ratione nominari queat? Age igitur, cum non ens dicis, no- minasne aliquid, an non? M A N. Nominio, sed per inficiationem, non per affir-
B mationem. O R T H. Affirmatio habitum significat, atque inficiatio priua-
tionem? M A N. Certè. O R T H. Malum habitus an priuationis ratione dici-
tur? M A N. Habitus ratione. O R T H. Bonum item habitus an priuationis re-
spectu dicitur? M A N. Habitus respectu. O R T H. Ergo malum bono non pro-
fus aduersatur. Neque enim habitui habitus cōtrarius est. M A N. Quid? An non
morbus cum sanitate pugnat? O R T H. Pugnat, sed ut priuatio cum habitu, &
defectus cum integritate. M A N. Et quid ais? O R T H. Eodem modo malum e-
tiam ipsum priuatio potius erit, sicutque bono contrarium, ut priuationi habitus.
Malum enim aliud est nihil, quam boni priuatio, atque omnimodum malum
omnimoda boni priuatio. Ac proinde malum, ut naturalis habitus priuatione,
C potius non esse dicimus, quam esse. Ecquid igitur materiam esse dicis, vitam an
mortem & interitum? motum vel mobilem, an immobilitatem ac motus exper-
tem? lucem an tenebras? M A N. Mortem & interitum, immobilitatem & motus
expertem, tenebras denique ac non lucem. O R T H. Si igitur corruptio atq; in-
teritus est, quonam pacto fructus produxit? quonam pacto vixit? Corruptio enim
non viuit, nec vitam habet, nec vitam impertit. Nam quod quis non habet, qui
tandem id alii tribuere possit? Quonam rursus pacto, quæ motu carebat, impul-
sa est, atque usque ad lucis fines peruenit? Quisnam ei vitam & motum dedit? Si
bonus, certè nec bonus nec sapiens est. Non bonus, qui malo vitam ac motum de-
dit: non sapiens nec perspicax, qui sibi ipsi bella & molestias exhibuit, ac malum,
D quod tranquillum & quietum erat, aduersum se concitauit. Dissidiorum enim &
malorum causa atq; author extitit. Sin autem bonus non dedit, alter dederit ne-
cessere est. Ita non iam duo, sed tres erunt. Nam quod quis non habet, hoc à se con-
sequi non potest. M A N. At potentiam vitam ac motum habebat. O R T H. Si po-
tentiam vitam ac motum habebat, ergo potentiam quoque bona erat. Siquidem vita
& motus inter bona censenda sunt. M A N. Malo vita & motus, non bonum, sed
malum est. O R T H. Quod à potentia ad actum transit, mutationi subest, ortuq;
habet, nec semper itum est. Ac si potentiam vitam ac motum habebat, actu postea
habuit. Si autem ipsius vita ac motio mala est, potentiam ergo ac non actu mala e-
rat. Ex quo illud efficietur, malum principij expers minimè esse. Sin autem ipsius
vita ac motio bona est, ergo ex mala ad bonum venit. M A N. Quid autem? An
E non ex vniuers corruptione alterum gignitur? O R T H. Corruptio haudquaquam
generatio efficitur, verum materia, à Deo ex nihilo in ortum ipsius iussu produ-
cta, mutationique obnoxia, ut quæ à mutatione initium sumpserit (mutatione enim
est ex nihilo in ortum prodire: ea porrò, quorum status à mutatione principium
duxit, mutationi prorsus atque conuersioni obnoxia sunt) diuino imperio vi-
tam accipit atque interit, rursusque reuiuscit. Ac proinde non corruptio genera-
tionem efficit, sed diuinum imperium vitam affert ac generat. Dic autem istud
quoque, Lucis fines suntne luce pleni, nécne? M A N. Nemini obscurum est
quoniam luce pleni sunt. O R T H. Age, lux & tenebrae suntne eiusmodi, ut sese mu-
tuò admittere queant, an contraria? M A N. Admittere se inuicem possunt. O R T H.
Ergo non naturam sunt id quod sunt. Etenim quod naturam insitum est, non mu-
tatur. Nam & quæ naturam vita est, mortem haudquaquam admittere potest. Quo-

*Quod na-
turam insitum
est, muta-
tionem non
admittit.*

D. IOANN. DAMASCENI

nam igitur modo tenebræ cū luce versatæ sunt, quin delectæ sint? Illud itē quero, F
 Locus lucis bonōne ac lumine plenus erat, an non? M A N. Plenus erat. O R T H.
 Quā igitur capi atque contineri tenebræ potuerunt? Negare enim vas vnius dun-
 taxat modij duo modia capere queat. Deinde, tenebrarum principes in lucis fi-
 nes ingressi, quid egerunt, aut quid passi sunt? M A N. Lucem viderunt, ipsiusque
 admiratione atque amore capti sunt. O R T H. O tenebroſi ac væcordes, tenebræ
 cœcæ ne sunt, an lucidae? M A N. Cœcæ. O R T H. Quā igitur id quod cœcum est,
 cernere, id quod omnino malū est, boni admiratione atque amore affici potest?
 Tum autem, hæc duo principia seſene inuicem ſimiliter corrūpunt? M A N. Ma-
 xime. O R T H. Ergo non malum ſolū corruptio eft, ſed etiam bonū? M A N.
 Malum corruptio eft, bonus autem vita. O R T H. Igitur malo quidē bonus cor- G
 rumpit atque interit, bonus autem malo vitam impertit. Siquidē mālū exiſtet,
 ac contrā bonus interibit. Porrò, materia, vt ſuperiū abs te dictum eft, malum ac
 corruptio & mors eft. Quocirca ſi aliis malum, ſibiipſi autem bonum eft (ſe ete-
 nim tuetur atque conſeruat) ſanè non omni ex parte malum, nec prorsus corru-
 ptio eft. Nam qua ratione ſeſe tuetur, hac certè malum non erit. Sin autē prorsus
 malum ac prorsus corruptio eft, ſibi etiam ipſi exiū ac peftem afferet, ac de me-
 dio tolletur. Sed iam concretionis illius, de qua ſuprā locutus eſt, ſermonē expo-
 ne. M A N. Erant, vt à me dictū eft, Deus & materia, vt terque in ſuis finibus, Deus
 nimirūm vita, lux, motus, cognitio, intelligētia, atque omne bonum: materia au-
 tem malum, corruptio, tenebræ, mors, in tranquillitate & quiete, atq; in ea con- H
 ditione, vt nullo omnino modo moueretur. Deinde cùm multa ſecula interceſ-
 ſiſſent, materia & ſecum ipſa, & fructus ipſius ſeditionem inter ſe agitarunt. Quò
 factum eft, vt dum alij fugerent, alij inſectarentur, ad lucis fines peruererint. At-
 que, vti dixi, Deus & materia, hoc eft duo principia erat. Ac lucis quidē pars
 anima eft, tenebrarum autē & materia opus, corpus. Coniunctio porrò & cōcre-
 tio ad hunc modum contigit. Vtrumq; horum ſeparatim eft, bonus nimirūm in
 vna parte, malus autē in tribus. Poſtea res ita nata eft, vt malus immoderato quo-
 dam impetu finibus ſuis excederet, atque ad boni fines ſeſe conſeruat. Quod cùm
 bonus perspectum habuifet, potentiam quandam, cui vitæ mater nomen eft, ex
 ſe produxit: ac vitæ mater primum hominem in lucē edidit. Hunc autē primum
 hominem, hoc eft quinque elementa, nimirūm aërem, ventum, lumen, aquam, & I
 ignē, cùm induiſſet, abiit, bellumq; cum tenebris gefſit. At verò tenebrarū prin-
 cipes ex ipſius armis partem, hoc eft hominē, comederunt, atque etiam primum
 hominem detinuerūt. Qui cùm ab ipſis, vt in tenebris, excruciat, ac boni opē
 edito clamore implorasſet, ille potentiam alteram produxit, quæ ſpiritus viuens
 dicebatur. Atque ita descendit, priuūmque hominem porrecta dextra in altum
 euexit: interim tamen partem, hoc eft animā, & deorsum reliquit. Et enim ex boni
 parte animæ, ex mali autē eſſentia corpora orta ſunt. O R T H. Si de diuini A po-
 ſtoli ſententia luci cum tenebris ſocietas nulla eft, qui fieri potuit, vt anima & cor-
 pus inter ſe miſcerentur? Id enim fieri non poſſe, vel ipſa experientia, quæ vanis
 sermonibus valentior eft, docet. Quā enim tenebræ in lucis fines ingressæ ſint, K
 quin diſſolutæ ac ſublatæ ſint? Ac rursus: Quonam pacto in lucis regione locus
 fuſt, quo tenebræ caperentur? Ac præterea: Si ſolers ac ſagax erat bonus, quin mali
 incurſum præſenſit, ac ſeſe, locūq; ſuum præmuniuit? Nam ſi nec ſagax nec præ-
 ſcius erat, ſtultus profeſtò erat. Stultum porrò quonam modo bonū dixeris? Ac
 rursus: Si tenebræ vniuersæ in lucis regionem ingressæ ſunt, ergo ipſarū locus va-
 cuus manſit. Sin autem earum quædā duntaxat portio, quonam pacto portio ea
 illum, qui à bono miſſus fuerat, impulit, vt bellum ei inferret? imprudens enim
 erat, qui imbecilliorē aduersus fortiorē mittebat. Aut certè bonus infirmus erat,
 malus autem robore præſtabat. Ac rursus: Si bonus vtrò partem ſuā, hoc eft ani-
 mam tradidit, bonus non eft, vt qui bonum malo velut conſtrictum tradiderit.
 Quonam autem ratione, cùm animā mālo dediderit, eos poſtea condēnare queat,
 qui

I. Cor. 6.
 Confutatio
 ſuperioris
 fabule.

- A qui malo se in seruitutē addixerint? Dicunt enim ei sunt, Tu ipse nos tradidisti. Sic iudicium omne sublatū erit. Sinautem ipso nolēte mali principes partem ipsius abriuerunt, imbecillior vtiq; est ac stultior: illud, quia partem suam amisit: hoc, quia id quod ipli eruptū fuerat, recuperare nō potuit. Nam si à principiis nō potuit, profectò nec vñquā poterit. Iam quonam modo acceptos vitij principes in crucem sustulit, atque ex eorū carnibus homines, & ex eorum ossibus montes cōdādit, cūm interim abreptā partem suam minimē acceperit? In quo etiam iuso iudicū tollitur. Sic enim iij qui peccant, extra culpā sunt. Nam cūm ipsemē partē suam recuperare nequierit, qui anima, quæ tyrannide oppressa est, poterit quin peccet? Ac proinde in culpa non erit. Quod si postremō bonus malum tāquam catenis deuincturus est, prorsus quoq; animā recepturus est, nec in poenis homo hērebit. Ac rursus: Si corpus in causa est cur anima peccet, anima ipsa culpa vacat. Ac rursus: Corpus morte extinctū non peccat. Ergo non à corpore, sed ab anima peccatū proficiscitur. Illud porrò nobis, ô Manichei, dicite. Malū illud, quod orum non habuisse censem, ac materiā appellatis, corporisne expers est, an corpus, an cōpositum? Etenim si corpore vacat, quā materia esse queat, cūm materia corpore minimē careat? At fortasse dicturi estis, ipsum quidē corporis expers esse, verū corpus effecisse. Quārimus itaq; à vobis, ex suā substātia, an ex nihilo? Si ex sua substātia dixeritis, à vero sermo vester abhorrebit. Etenim ex ea essentia, quæ corpore vacat, corpus minimē progreditur. Nam quod naturā insitū est, in aliud non migrat: nec essentia villa ex incorporeo in corpus mutatur, nec ex corpore in incorporeū, nec ex rationali in rationis expers, nec ex rationis experte in rationis particeps. Neq; enim essentialis qualitas submoueri potest. Quā autem mutatur & conuertuntur, per accidēs mutātur, ac sine subiecti corruptione oriūtur & intereūt. Quod s̄ ex nihilo dixeritis, illud rursus ex vobis quārā, Quidnā causā sit, quām obrē, cūm incorporeus ac malus esset, de malis cōcretionē huiusmodi nō effecerit? Quid itē sit, cur nō animas quoq; naturā malas fecerit, quēadmodū & corpus, quod naturā malū esse asseritis? Cur denique vitiositati suę partē boni admiscuerit? Neque enim bonus hoc fecit. Ex quo efficitur, vt non plenē ac prorsus malus, sed quadā ex parte bonus sit. At tq; hāc quidē à nobis afferri queāt, si ē corpore vacare dixeritis. Sinautē corpore p̄adītū esse, quonā pacto motum accepit? Omne enim corpus & per se torpidū ac mortuum est. Qui igitur motum accepit? quis motū ipsi dedit? Bonūsne? At qui nec bonus, nec sapiens, nec prouidus est, qui malo motū attulerit. Quod si cōpositum dixeritis, illud perspectū habetōte, quicquid cōpositūm atque concretū sit, id facile dissolui posse. Quin simplicia quoque prius esse necesse est, ex quibus cōpositio existat: quemadmodum prius picē sc̄iunctūm, ac cerā item sc̄iunctūm, esse necesse est, vt ita demū ceropis cōpositio fiat. Erunt itaque mali principia duo, non vnum. Dicite itaque, ô Manichei, duo vesta principia sūntne eiusmodi, vt commercium omne respuant, an in quibusdam rebus communionem inter se habeāt, atque in quibusdam rursus dissideant? Etenim si ab omni prorsus commercio abhorrent, vnum erit, alterū non erit. Sin autem ratione essentiā inter se communicant, vt essentia & accidēs, alterum in altero existet. Siquidem accidens non separatim existit, quemadmodum nec color absque corpore existere potest. Corpus porrò substātia est, color accidens. Accidens autem, sine subiecti corruptione accedere ac decedere potest, nimirū immutat colore. Corpus verò idē manet. Vtrūlibet igitur vultis, substātiā dicite: vtrūlibet rursus, accidens. Quod si vtrūque substātia est, illud sc̄itote, substātiā à substātia minimē discrepare, nec substātiā substātiā, nisi accidentis ratione, aduersari. Quocirca si & malus, & bonus sunt, atque v̄terque horum est sempiterna & immutabilis atque efficiendi procreandīque vim habens substātia, ambo certē essentiā ratione vnum sunt, ac qualitate so- la differunt. Ac rursus: Elementa & tempora cernimus, cōclūm item & terram ac mare semper eodem modo se habētia, noctem insuper & diem, Solisque & si- de-

D. IOANN. DAMASCENI

rum motus, & imbræ, quæque terra producit, certa ratione ac serie constituta atque gubernata. Proinde si duo inter se contraria principia sunt, quonam modo omnia commode ac rite gubernantur, si non amicitia & dissensio inter ea intercessit? Deinde, si materia seipsum consumebat, quo pacto mouebatur? Si autem ad ipsius consumptionem impellebatur, quonam modo ad lucis fines se contulit? Adhac si prona est materia, naturalisque ipsius locus inferiores ac tenebrosiores partes sunt, quonam modo cum ad lucis regionem profecta est, à sua ipsius natura excedit? Præterea, cum tenebre cæcæ sint, quæ lucem cernere potuerunt? Insuper, si immoderata ac mentis expers materia est, quonam modo principes habet? Quonam igitur modo cum eo, quod ratione atque ordine praeditum est, pugnare potest? aut etiam pugna vsqueadè superior est, ut sapieti aliquid eripiat, nec ipsi interim quicquam adimatur? Quod si bonus Deus ea ratione partem suæ extorqueri passus est, ut eam regionis suæ aditu prohiberet, imbecillis profectus est: ac malus quidem robore praestat, bonus autem technas struit. Qui porro vel bonus vel Deus esse queat, qui dolo, non viribus vtitur? iam, quod semper eodem modo se habet, veritas est: veritas autem bonum est: quod vero ortus expers est, nullam mutationem capit. Quocirca si materia ortu caret, mutationis quoque expers erit. Si mutationem nullam recipit, semper eodem modo se habet. Si semper eodem modo se habet, veritas est. Si veritas est, bona profecta erit. Contrà, si mutatio in materiam cadit, vel ex bono in malum vertitur, cumque prius bona esset, mala postea effecta est: vel ex mala in bonam, & cum ante mala esset, postea bona facta est. Mutatio enim in contrarium dicit. Tum item: Sempiterna substâlia mutationem nullam admittit, nec enim ex nihilo in ortum prodiit. Cuius porro rei existentia non ex profectu est, mutationis expers est essentia. Quocirca Deus, cum bonus ac sempiternus sit, mutationem haud suscipit, verum semper bonus est, & ea quæ facit, bona sunt. Neque enim fieri potest, ut ex bono mala existant, tametsi alioqui ea efficiat, quæ mutationi subsint, quod scilicet ex nihilo in ortu producat. Quod fit, ut ea quæ ratione vntuntur, mutationem quidem suscipere possint, quia ex nihilo in ortum producta sunt, ceterum potestatis suæ atque arbitrij sunt, hoc est bona, serua, dominum agnoscentia, ac subiecta ei a quo codita sunt. Qua quidem in re creatâ naturæ virtus posita est. Virtus enim est, naturæ suæ finibus sese continere. Ac proinde libera voluntate diabolus mutatus est, dum magna ille quidem rem, sed non recte concipiuit. Magnum enim est Deum esse: sed malum ei, qui Deus non sit, ingratum se ac perfidum effectori suo præbere, naturamque suam excedere, velleque esse id quod fieri nequit. Neque enim fieri potest, ut qui ortu minimè careat, Deus sit, aut qui initium habuit, initij sit expers. Itaq; hoc affert rei eius, quæ minimè conuenit, appetitio, ut iis etiam, quibus prædicti sumus, spoliemur. M A N. Quodnam est diaboli viuum? O R T H. Ipsius à Creatore defectio. Deus enim ipse, ut esset, dedit: tum ne serui defectionem time-re videretur, tum ut nos doceret malos etiam beneficiis complecti. Neque enim cum duntaxat procreauit, sed etiam mundi principem fecit: ipsumque, si bonus esse velit, excepturus beneficium, affecturus est. Eoque nomine nec eum de medio tollere cum posset, sustulit, verum ipsius stoliditatem perfert, benignè atque amplissime ipse esse præbens, quod quidem is solus præbere potest. Ut autem bonus ipse sit, non Dei solius est, sed & ipsius quoque operam desiderat. Nam quod per vim efficitur, nec boni nec virtutis nomen obtainere potest. Quod si quara quidnam causæ sit, cur Deus ipsi homines bello lassere permiserit, respondeo, quia id è re nostra erat. Multi quippe eius operâ coronam adipiscuntur. Quod si multos quoque perire dixeris, hoc rursus dicam, quod quemadmodum diabolus ipse, sine alterius cuiuspiam impulsu, sapte voluntate ac sententia malus fieri potuit, id quod ipsius quoque crimen atrocius reddit: sic etiam homo, etiâsi nullus extitisset, qui eum adoraretur, per seipsum malus fieri poterat: ex quo ipsius peccato

*Diabolus
libera vo-
luntate pec-
cauit.*

*Quod quis
innatus fa-
cit, laude
caret.*

A peccato cumulus accessisset. Maiori enim excusatione ac venia dignus habetur, qui alterius suasu, quām qui de industria peccat. Nam qui de industria peccat, huic nullus excusatio locus est: quemadmodum contra qui suopte nutu virtutem colit, maiorem laudem consequitur. Ac proinde diabolus, quia de industria peccauit, resipiscientia omnis expers mansit: homo autem, quia non de industria, sed ex diaboli insultu peccauit, resipisciendi potestatem, ac renouationem, pectorumque remissionem est consecutus. Quare hoc ipsum quod est, bonum est, ac munus Dei. M A N. Quid autem affers, cur Deus, cūm diabolum malum fore prænōset, eum procreari? O R T H. Eximia quædam ac singularis bonitas in causa fuit, cur eum procrearet. Sic enim secum locutus est: *"Quandoquidem iste malus futurus est, omniaq; quibus cum afficio, bona perditurus, ergo ne quoque eum a bono prouersus spoliabo, ac delebo?"* Minime. Verū quamuis ipse improbus futurus sit, tamē eum non ita mulctabo, vt mei particeps non sit, verū bonum ynum ipsi tribuam, nempè vt essentia ratione me ipsi impertiam, hōc q; nomine, quod sit, in boni mei partem vel in uitus veniat. Neq; enim præter Deū nullus est, qui res in statu atque essentia continet atque conseruet. Ipsum porrò esse, bonum est, ac Dei beneficium. M A N. Quod sint ea, quæ sunt, ex Deo bono esse ait. Igitur si rebus omnibus esse, bonum est, vt à bono Dei cōcessum, diabolo quoque esse bonum est. O R T H. Omnia ea quæ sunt, à bono Deo, vt sint, acceperunt. Cuncta porrò, quæ vnicuique à Deo concessa sunt, bona sunt. Nam

C quæ à bono dantur, bona sint necesse est. Malum autem nihil aliud est, quām bonorum, hoc est eorum, quæ à Deo data sunt, abiectione. Quamobrem iij, qui à Deo vel hoc ipsum duntaxat, quod sint, habent, boni aliqua ex parte, atque extrema conditione participes sunt. Quod fit, vt bonum sit diabolū esse, ac per hoc ipsum quod sit, boni participem esse. Esse enim bonum est: at bene esse, melius ac præstatiū. Plena etenim ac cumulata essentia est incolumi valetudine esse: at in morbo versari & esse, particulare malū atque corruptio est. Non enim omni ex parte interitus est, sed ex parte quādam essentia, & ex parte interitus. Contrà, non esse, prorsus malum est. Prorsus enim non esse, prorsus interisse est. Quocirca esse, & bene ac beatè esse, diuinū comparantur. At malum ex bono effici, ab eius voluntate sententiāque proficiscitur, qui talis efficitur. Quæ cūm ita se habeat, Deus

D pro singulari sua bonitate malo quoq; bona dedit, nimirūm esse, & bene ac beatè esse. Crimini nobis, ô Manichæi, vñtis, ac queritis quamobrem Deus, cūm diabolum malum fore prospiceret, eum efficerit. At pluribus verbis demō Arain, si naturalis iustitia ratio spectetur, rectè eum conditum fuisse. Naturali etenim ratione præstat, vel tantummodo esse, ¹² atque haec tenus boni participem esse, quām non esse. Siquidem ipsum esse, ex Deo, qui solus sempiternus & bonus est, ac bona dat, proficiscitur. Porrò quod ex bono proficiscitur, quin bonum sit, nullo pacto fieri potest. Quod si satiū fuisse ei, non ortum esse, quām ortum esse, ac sempiternis penitentia affici, dixeritis, hoc à nobis responsi feretis, ¹³ poenam illam nil aliud esse, quām cupiditatis vitij ac peccati ignem, ac flammam frustratæ cupiditatis. Non enim Dei, sed vitij cupiditate flagrant, qui ita affecti sunt, vt eorum peruersitas mutationem nullam admittat. Illic autem nulla vitij ac peccati actio futura est. Neque enim edemus, nec bibemus, nec induemur, nec matrimonia contrahemus, nec opibus affluemus, nec inuidia vim habebit, aut illud vñlum vitij genus. Quocirca dum concupiscent, nec tamen eo, quod cupiunt, frui possunt, cupiditatis suæ tanquam flammæ cuiusdam ardore conflagrant. Contrà, qui boni, hoc est solius Dei, qui verè ac sempiternè est, desiderio tenentur, eōque potiuntur, pro cupiditatis suæ, iuxta quam re concupita fruuntur, proportione voluptatem capiunt. Ac quidem verè bonum illud est, quod naturā bonum est: etiamsi alioqui paulum, hoc est sola essentia ratione, boni particeps sit. Bonum autem apparens, non naturā bonum, sed malum est. Neque enim viri iusti est, rerum conditarum fructum conditoris fruitioni, suāmque voluntatem Creatoris

Cur diabolus à venia exclusatur.

Cur Deus diabolum creavit, cūm ipsius scelus prænōset.

D. IOANN. DAMASCENI

voluntati anteferre: nec boni, id quod bonitatis tantum speciem habet, quod- F
que malum potius esse probauimus, eo, quod natura bonum est, charius anti-
quiusque habere. Deus igitur eum potius esse, ac vel misericordiam veri boni partem
habere maluit, quam ut ob malum, hoc est ob iniquam ipsius cupiditatem, hac
quoque exigua boni parte priuaretur. Neque enim Deus, nostri instar, quorum
brutum ac stolidum iudicium est, censuram agit, sed, ut verae iustitiae ac bonita-
ti consentaneum est: nec affectibus nostris obsecundat, nec propter commisera-
tione, ut quidem existimatur, cum tamen vere praeposteram indulgen-
tia sit, ius & aequum prodit. Ac rursus: Deus ea, quae nondum sunt, vocat, & quae

Praescientia
*Dei non est
in causa cur
quispiam
peccet.*

futura sunt, velut iam facta perspicit, ac iudicat. Quemadmodum igitur iudex in
eum, qui iam scelus aliquod admisit, meritò animaduertit, ac nisi animaduertat, G
iniquus est, neque ipse in causa est cur peccarit, aut puniatur is, de quo suppliciu-
sumitur, verum eius, qui scelus perpetrauit, voluntas animiq; inductio: sic Deus
eum, qui futurus erat, tanquam iam ortum intuens, ut in ortum prodiret, decre-
uit, atque ut cruciaretur, si suapte voluntate malus extitisset. Vnde etiam eum
condidit, ac bonum effecit. At ille propria mentis inductione malus factus est,
sibique ipsi supplicium accersiuit: imò, ut rectius loquar, seipsum excruciat,
dum ea, quae non sunt, expedit. Quod autem Dei praescientia diabolo minimè
causa fuerit, cur malus fieret, hinc constat. Nam nec medicus, dum futurum mor-
bum prænoscit, morbo causam affert: verum morbi quidem causa in præ-
posta & immoderata vita ratione consistit: at medici prænotio eruditiois ip-
sius argumentum est prænotionis autem causa hæc est, quod ita futurum erat. H

Rom. 4.

*Quicquid
Deus vult,
bonum est.*

Quod autem ita se res habeat, his verbis Apostolus testatur, Qui vocat ea quae
non sunt, tanquam ea quae sunt. Quin illud quoque scire operæ pretium est, a-
nimam, ut è corpore excedit, ea iam conditione esse, ut mutari nequeat, sive
bonum, sive malum cupiens. Præter hæc autem omnia bonum illud dicimus,
quod Deus vult. Ut enim lumen ex Sole oritur: ita bonū ex Deo. Quare quic-
quid bonus vult, bonum est: idque demum bonum est, quod ipse vult. Ac
iudex est Deus, non nos Dei iudices. Quid igitur in eum censoriam virgam ar-
ripimus? Deus, inquis, metuit, ac trepidat. Quid? Deusne ille est, qui metuit
ne Deus non sit? Iam verò si Sol & Luna, tanquam nauigia quedam facti sunt,
ut partem eam, quam materia Deo eripuerat, deuehant, ergo nec Sol nec Lu- I
na prius erant, atque homo in tenebris versabatur. Præterea, si calamitas opinio-
ne nostra mala est, voluptas & oblectatio bona sit necessaria est. Quod si ita est, bo-
na igitur libido, bona inluuius, ceteraque quae facientem voluptate ac lætitia
afficiunt: contraque ea omnia, quae molestiam afferunt, ut continentia, inedia,
peruigilium, aliisque id genus, mala sunt. Nam quod Deo diluuij interne-
cionem, & Sodomitarum conflagrationem, ac Pharaonis demersionem criminis da-
tis, cum ad utilitatem nostram, atque ut nos erudiret, haec fecerit, quin potius hoc
nomine malum accusatis, quod ei, qui sempiternis poenis afficit, creaturam ex
sua substantia offerat? Iam, si malum hanc vim habet, ut creet, ergo ex nihilo
producit. Ita iam non ex materia corpus ortum trahet. Si autem ex materia, hoc K
est ex mali substantia, siquidem ortu caret malum, immortale quoque pror-
fus & mutationis expers est. Quod enim ortum non est, ne finem quidem nec
mutationem habiturum est. Sin verò mutationi & corruptioni obnoxium est,
ortu profecto minimè caret. Porro si malum eiusmodi est, ut mutari nequeat,
corpus quoque, quod ex ipsius substantia ortum est, corruptionis & mutationis
expers erit. Cuiusnam ergo erat corruptio & vitium? Non enim est dubium quin
corruptio aliquid corrumpat, aut corruptio non erit. Si bonum per pessimi ob-
noxium est, pessimi quoque bonus obnoxius erit. Quod si ita est, quidque
perfectè bonus esse queat? Quin, si bonus ab ea corrumpitur, ad nihil tandem redi-
getur. Quod si corruptio ipsa se laesa tabat, corrupta itaque est, atque interiit.
Sin boni duntaxat partem, aut sui ipsius partem corrumpebat, sancte cuius naturæ

pars

A pars corruptioni subiecta est, tota quoque natura corruptioni obnoxia est. Neque enim fieri potest, ut corruptio in vnam eandemque naturam partim cadat, partim non cadat. Nam h̄c corpus, quod hominis pars est, corruptioni obnoxia esse, animam autem à corruptione remotam d̄ dicamus: at ei idem agmen naturæ non sunt. Quamuis enim anima in corpore versetur, non tamen corporæ est, sed corporis expers. Itaque alterius corpus, alterius anima naturæ est: nec vnius eiusdemque naturæ pars altera corrumpti potest, altera non potest: verum vna hominis natura partim corruptioni obnoxia est, partim à corruptione immunis. Ac nequæ anima ex substantia principij experie ortum sumit (mutabilis enim est) nec corpus (nam in hoc quoque mutatio & corruptio cadit) verum vnius naturæ esse homo dicitur: non quod anima & corpus vnius naturæ sint, sed

B quod omnes homines animam & corpus æquè, ac duas naturas quisq; habeant. Conuersio est ex contrario in contrarium, vt ex nihilo in ortum, vel ex ortu in nihilum, vel ex virtute in vitium, hoc est ex habitibus in eorum priuationes, mutationes. Virtus est diuinæ legis impletio. Dei autem lex, voluntas ipsius est. Nemo enim ea præcipit, à quibus animo ac voluntate abhorret. Dei porrò voluntas bona est, immutabilis, semper eodem modo se habet. Itaque bonum re vera est, similiterque virtus. Virtus enim res bona est. Contrà, malum nihil est, sed eius quod est, hoc est diuinæ legis, contemptio & euæsio: quod quidem per accidēs, dum committitur, velut existit, ac protinus, vt finis actioni impositus est, finem accipit. Quin illud quoque scire conuenit, Deum neminem in futuro æuo punire, sed vnumquemque seipsum ita comparare, vt participationis Dei capax sit, vel contrà. Est autem participatio Dei voluptas: aberratio autem à Deo, cruciatus. Deus porrò non supplicij causa tentationes h̄ic infert, sed vt nos erudiat, ac vitio medeatur: quod videlicet ipsum agnoscamus, nosque ad meliorem frugem couertamus, atq; ipsius bonitate fruamur. Domini enim disciplina aurem meam aperit. M A N. Si bonus est, cur in futuro æuo flagitosum hominem cruciatu afficit, ac non potius eum deleat & extinguit? O R T H. Deus vt bonus, ita etiā iustus est. Ut igitur bonus, bona fecit omnia quæ fecit. Quemadmodum igitur æquum erat, vt qui ab ipso boni futuri, ac bonum sibi datum non modò seruatari, sed etiam amplificaturi essent, perfectum bonum sempiternaque delicias consequerentur: sic etiam æquum erat, vt qui ab eo boni futuri, nec tamen donum sibi datum seruatari, verum per bonorum affectionem voluntariè in vitium deflexuri essent, sempiternis deliciis carerent. Longius distant Seraphim à Deo, quam diabolus à Seraphim. Quocirca nisi diabolus exitisset, is qui eum proxime antecedebat, reliquis omnibus inferior, immo etiam eorum, qui eum antecessissent, respagetu, malus visus fuisset. Ac diceremus, Cur Deus, cùm cum talem fore prospiceret, eum tamen fecit? Eodem modo, in eo quod nobis propositum est, res se habet. Etenim sèpè fit, vñmiserrimam aliquam calamitatem cernamus, atque ita existemus, nullam aliam ea miseriorem fingi posse. At postea acerbiorem alteram perspicimus. Siquidem malum illud, quod postremum vidimus, eiusmodi esse censemus, vt nullū eo grauius ac molestius esse suspicemur. Deus itaque omnia valde bona fecit, singula nimirū iuxta naturam suam, vt ipsius voluntas tulit. Non enim legi subiectus est: verum id demum bonum est, quod ipse tulit, non autē quod nos iudicamus. Non enim nos Dei iudices sumus. Verum quemadmodum ex Sole vel igne lumen omne illustratur, sic Dei voluntate bonum omne definitur. Nam si Deum in hoc bene, in hoc male fecisse dixeris, aut sciscitatus fueris, cur hoc fecerit, illud non fecerit, iudex nempè Dei es, atque illo maior ac sapientior. Quocirca Deus, quod lubet, faciendi potestatem habet, atque id bonum est: ac potestatem item habet, eorum quæ facit, quas vult causas nobis patefaciendi, & quas vult occultandi. Vnumquodque porrò ex his bonis, quæ rationem acceperunt, aut voluntariè in bono perstitit, vt conditum est: aut voluntariè immutatum est, atque à bono adscensit, illudque perdidit. Bonum etc.

*Dei lex vo
luntas ip-
sius est.*

*tempiorum
pœna Dei
bonitati nō
repugnat.*

*Postremum
malū sem-
per nobis a-
cerbum vi-
detur.*

*In Deum
confusa v-
sorpenda
non est.*

D. IOANN. DAMASCENI

nim est ordo præclarissimus, vnicuique, quod ipsius natura fert, conseruans. Atque idem quoque virtus est. Malum contraria est ordinis euersio, siue perturbatio. Enim uero omnia quae sunt, qua ratione sunt, bona quoque sunt, atque ex bono: quatenus autem bono priuata sunt, nec bona sunt, nec sunt. Etenim quae vitæ carent, quatenus vitam à bono non acceperunt, vitæ expertia sunt. Ac similiter ea quae sensu ac ratione carent, quatenus aliquid acceperunt, hactenus bona sunt. Deips porro malum ac bonum æquè nouit. perinde enim ipsi fornicatio nota est, vt desiderium & amicitia atque coniunctio. Quin apud ipsum facultates quoque illæ, quæ malorum causæ sunt, beneficæ sunt. Sæpenumero enim hoc accidit, vt ex fornicatione vasa electionis orta sint. Si malum est vitium, bona ergo poena est, quæ ipsum propellit & fugat. Malum enim est fornicatio, non animaduersio. Non enim poena malum est, sed seipsum poena dignum reddidisse. Si malum semper eternum est, ac creat, & potest, & est, & agit, à quonam habet? An à bono? An contraria bonum à malo? An potius utrumque ab alia quadam causa? Quandoquidem malum quoque in bono velut subsistit, & quia bonum mala quoque, ac sui priuationem, bonitate afficit. Etenim amicitia, vt quæ bona sit, hoc præstat, vt fornicatio bonitatis speciem præbeat, quoniam in bono studiū suum exercet. Quonam autem modo is etiam est qui non est? Deus enim non esse dicitur: quia præcellentiae ratione omnia ei adiunguntur. Quod autem ipsa quoque natura principium duntaxat unum astruat, ex ipso numero constat. Neque enim à duobus, sed ab uno auspicatur. Cum igitur unitas numeri sit principium, rerum quoque unum tantum principium sit, oportet. Si malum nihil omnino cum bono commune habet, cum bonum sit, malum profecto non erit. Duo enim, quæ sunt, essentiæ ratione inter se communicant. Si bonum essentia est, malum essentiæ expers est. Duæ enim essentiæ, qua ratione essentiæ sunt, inter se comunicant.¹⁴ Si immobile à principio malum erat, bonum ergo motus est, ac motu carere malum. Quero igitur quis motus author malo fuerit? Vita ac motus bonum est: atque in bono semper erat & est, & viuus est, & bonus erat: quemadmodum scilicet mors, vt ipsi dicitis, malum est, & immobilitas, & corruptio, & mortificatio atque interitus. Porro ratione vestra atque sententia mors malum erat. Ut igitur & vita & viuens bonus erat: sic contra mors & mortificatio & emortuum malum erat. Vnde ergo reuixit, ac motum accepit? Si à seipso, vita ergo ex malo orta est, quod fieri nullo pacto potest. Neque enim corruptio vitam affert. Si ex bono, bonum ergo bonum non erit, vt quod malo, tum vitæ, tum motus causa extiterit. Quid autem afferri queat, cur, cum mala, quæ ex eo oritura erant, praenasset, vitam ipsi dederit? Malum, quatenus malum est, nullum cum bono commercium habet, estque ei contrarium, & inimicum. Boni autem cupiditas bonum est. Quonam ergo modo id quod summè malum est, boni cupiditate flagravit? Malum motu caret, corruptioq; potius quam generatio est: quonam ergo modo malum foetus suos produxit? Vitæ ac sensus expers est: qui igitur fieri potuit, vt bonum & boni foetus senserit? Quod ex sempiterni & increati essentia ortum est, ipsum quoque sempiternum est & increatum: quonam ergo pacto omnia ex ipsis principiorum essentia orta esse dicuntur? Nam si ex eorum essentia omnia etsa sunt, principia sine principio sunt, ac planè nihil creatum est. Sin autem creature sunt, profecto non ex eorum essentia ortum traxerunt. Malum corruptio ac mors est. Malum igitur, siquidem aliis malum, sibi autem bonum est, seipsum tuerit, atque hac ratione non prorsus malum est. Quatenus enim se tuerit, malum non est. Sin autem prorsus malum est, causam sanè haud quisquam dixerit, quin sibi quoque ipsi malum sit, exitiumque atque interitum afferat. Ac quanquam in alterius corruptione alterius generatio est, tamen generationis causa non est: verum Deus pro singulari sua bonitate ex alterius corruptione alterius generationem efficit. Materia etenim, quæ à bono ita creata est, vt ipsi subiecta sit, bona est: siquidem ille in principio cuncta ex nihilo in ortum protulit.¹⁵ Idem porro

*Non malum
est puniri,
sed pœnam
mereri.*

- A porrò simul & bonum & malum non est: neque eiusdem rei corruptio & generatio eadem est, nec corruptio simul & virtus, nec ipsam virtus corruptio ipsam esse potest. Quocirca malum nec est, nec bonum est, nec gignendi vim habet, nec boni aliquid efficere potest. At bonum, in quibus plenè ac perfectè insitum fuerit, plena quoque ac perfecta bona edit: in quibus aliqua ex parte, quo modo: in quibus denique nullo modo insit, nec ipsa sunt, & mala prorsus dicentur. Fornicatio, qua ratione desiderium & amicitia atque coniunctio est, bonum est: quatenus autem eius, quod minimè congruat, quodque lex divina vetet, desiderium est, malum est. Nam quod non imperatum, sed prohibitum est, non est, tanquam quod non esse debeat. Quò fit, vt eius quod non sit, nec fieri debeat, cupiditas, malum sit. Malum porrò in duplice genere est. Alterum enim verè malum est, tanquam à naturali habitu prolapsio. (Deus siquidem hominem *Ecls 7.* rectum creavit: ipse autem cogitationes multas inuestigavit.) Alterū sensus nostrī ratione ita appellatur, vt calamitates, quibus in temptationibus afficiuntur. Mali enim vocabulum anceps est. Duas quippe significaciones habet. Interdum enim virtutis, interdum gaudij, hoc est rei expertitæ priuationem indicat. Siquidē fornicatio aliud nihil est, quam pudicitia priuatio, ac sceleratus v̄sus. Nam pro eo atque quispiam vas suum, hoc est vxorem suam, amare, eiique miseri debebat, alienam amat, remque cum ea habet. Eodem modo infidelitas tum contrahitur, cùm quis, pro eo atque ei qui naturā Deus est, credere, ipsum que amare debebat, ei qui Deus nō est, credit. In hoc ergo malum situm est, cùm quis eo quod non est, tanquam quod sit, vtitur, nec cuique quae sua sunt, tribuit. Propria porrò *Liberū arbitrium,* mensura ea, quam cuique rei Deus constituit, qui etiam ipsum esse dedit. Porrò *Ephes. 6.* in nobis situm est his, quae nobis diuino munere concessa sunt, ad eum finem vti, ad quem concessa sunt. Exempli gratia: Partē eam animi, in qua cupiditas inest, nobis idcirco dedit, vt ipsum, qui solus bonus est, concupiscamus. Itaque si cupiditate ad hunc finem vtamur, virtus est, & bonum. At si aliud quicquam supra eum amemus, non est v̄sus, sed abusus. In hoc enim ipsum nos procreauit, vt eum expetamus, eoque fruamur. Erat, inquit, materia, principij expers, ingenita, in suis finibus temerè semper & immoderatè agitata, secumque pugnans, ac seipsum absumens. Erat etiam Deus in suis finibus, ortu carens, ingenitus, sempiterius, corporis expers, totus lux. At materia temerè atque inordinatè agitata, ad Dei fines perrexit: lucisque admiratione commota, secum pugnare destituit, lucemque adorta est, ac pugna lacestruit, adeo vt ipsius quoque partem ad se rapuerit. Ne etiam suos principes ac præfatos materia, ¹⁶ velut in abscondita quadam aula regia habere affirmant, quos & mundi rectores tenebrarum, & spiritalia nequitiae esse aiunt. Passus porro est, inquit, Deus bonus partem suam ab ea abstractam captiuam teneri, quod eam circumscriberet ac definiret, ne ea vltérius ad suos fines progrederetur. Si sempiterna, ingenita, incorporea, qualitatis expers & inuisibilis est materia, itemque bonus Deus, atque ex eorum substantia omnia ortum haberunt, quonam modo cernuntur ea, quae ex his orta sunt? Nam quod ex incorporeis & inuisibili substantia progreditur, incorporeum quoque ipsum atque inuisibile sit necesse est. Atque, vt quod hoc prius est dicam, Si duæ haec substantiae ortus expertes, ingenitæ, & sempiternæ sunt, nos autem ex his conflati sumus, proculdubio nos quoque ortu caremus ac sempiterni sumus. Vniuersiusque enim substantiae foetus eandem cum ea substantia, ex qua genitus est, substantiam habet, hoc est cum sempiterna sempiternam, cum ingenita ingenitam, cum ortu carente ortus expertem. Deinde, Si ex mali & boni substantia constamus, non creaturæ, sed filij sumus, nec vlla in mundo creatura erit. Ac rursus: Si fieri non potest, vt boni natura in malum vertatur, atque omnino vel malum cogitet, vel perpetret, fierique item nequit, vt malus immutetur, bonumque aliquid vel *Confutatio
precedentis
fabule.*

D. IOANN. DAMASCENI

cogitatione complectatur, vel faciat, profecto cùm anima nostra à bono, corpus autem à malo ortum traxerit, fieri quoq; non poterit, vt anima nostra quicquam turpe cogitet, ac corpus nostrum boni quicquam efficiat. Atqui multas animas mala cogitantes cernimus, vt animas Manichæorum, ruris que multa corpora bonis operibus studentia, vt sanctorum corpora. Præterea, si & malus ex incorporeo & corpore concretus est, & bonus similiter, sanè cùm anima nostra ex boni substantia, corpus autem ex mali substantia ortum ducant, anima quoque nostra ex incorporeo & corpore composita erit, corpùsque item nostrum. Ac rursus: Si materia ortu caret, siquidem incorporea est, quonam modo ex incorporeia substantia prodiit? Nam quod ortu caret, prorsus ab omni mutatione alienum est. Iam, ea quæ naturâ simplicia sunt, copulari non possunt. Quonam igitur pater concretio facta est? Ac rursus: Si materia composita est, ex incorporeo & corpore est. Atqui corpus incorporeo contrarium est. Quisnam igitur contraria inter se copulauit? Neq; enim contraria cum contrariis versarentur, atnicéque in vnam velut texturam, & vnam substantiam coniungerentur, nisi Creatoris potentia ea in vnum compiegisset. Materia, vt quæ composita sit, à diuino verbo ortum accepit. Ac rursus: Materia vel corruptio est, vel corruptioni obnoxia. Corruptio etenim non corrumpitur, sed corruptit: quod autē corruptioni subjectum est, à corruptione corrumpitur. Ac rursus: Quidnam est corruptio? Corrumptus, an corruptio, an corruptioni obnoxia? Corruptio enim est compositum rerum dissolutio. Corruptus autem is, qui corruptionem affert. Corruptio denique compositum illud, quod dissoluitur. Atque id quidem quod corruptit & quod corruptitur, substantiae sunt. Corruptio autem accidens, vt quæ in compositorum dissolutione consideretur. Ac neque antè est, neque post dissolutionem permanet. Quidnam igitur est corruptio? Corrumptus, an corruptio, an corruptioni obnoxia? Si corruptem dixeritis, quæram quidnam sit id quod ipsa corrumpat, nisi fortè bonū. Nihil enim aliud dicitis præter materiam & bonum. Si duo erant, materia corruptio, bonus autem vitam affert. Ita materia quidem continetur & seruatur: bonus autem corruptio ac perit. Quòd si hoc dixeritis, materiam seipsum corrumpere, illud velim sciatis, nihil esse quod à seipso corrumpatur. Et certè se ipsum corrumpebat, iam ipsum consumpsit, atque in nihilum redigisset. Adde quòd principij expers id esse nequit, quod corruptitur. Sin autem corruptioni obnoxia est, à quo tandem corruptitur, nisi à bono? Ita bonus corruptor erit. Sin denique corruptio est, à quo agitur, & est? Corruptio etenim, vti iam diximus, dissolutio est. Quisnam igitur est qui dissoluit, & quid quod dissoluitur? Quòd autem materia corruptio non sit, nec corruptibilis substantia, hinc perspicere potest. Siquidem corruptibilis substantia præcedit, priusque existit, velut composita substantia. Corruptio autem post compositionem accedit, ea, quæ composita sunt, dissoluens. Quonam porrò modo materia substantia esset, siquidem comitem & existentem corruptionem haberet? At fortasse dicetis, corruptionem, itemque id quod corrupti potest, quandoque non actu, sed potentia duntaxat extitisse. Verùm illud velim intelligatis, à vero quidem illud non abhorrese, vt aliquid vim corruptendi aut creandi habeat, necdum tamen reipsa corrumpat aut creet, quòd videlicet ea quæ corruptantur aut procreantur, eiusdem cum eo qui corruptio aut procreat, aeternitatis esse nequeant. At vos nihil ex nihilo in ortum productū esse dicitis, verùm malum ipsum eiusmodi esse, vt seipsum corrumpat atque conficiat. Quòd fit, vt materia, potentia tantum, ac non item actu hoc habens, vt corrumperet atque corrumperetur, imperfecta esset. Illud porrò, quod ex imperfecto ad perfectum proficit, sempiternum esse nequit. Nam si quod mutationem nullam admittit, sempiternum est, id certè in quod mutatio cadit, ortu minimè caret. Ac rursus: Quid prius est in materia? substantia, an corruptio? Si corruptio, existere eam impossibile est, vt quæ antequam sit, corrumpatur. Sin autē ipsius substantia corruptionem

nem

- A nem antecessit, essentia potius ac substantia quam corruptio est: atque ita incorruptibilitas quondam erat, contrariam corruptionem haudquaquam habens, ac non sempiterna corruptio. Quod si sempiterna ipsius substantia erat, cum se se ipsa consumeret, quoam modo fructus produxit? Si aliqua tantum ex parte consumebat, ergo corrupti vim non omni ex parte habebat, nec in eam omni ex parte corruptio cadebat, nec denique omni ex parte mala erat. Sin autem, cum in eam corruptio caderet, ipsa se corrupti fieri fecit, aut malum est corruptere, atque ita ex malo in bonum mutata est; aut bonum est corruptere, atque ita ex bona mala facta est. Si materia malum est, quid causæ est, quin si seipsum corruptebat, bona sit? Id enim, quo malum corruptitur, bonum sit necesse est.
- B Ac rursus illud explicate: Materia luxne erat, an tenebrae? Si lux, ergo ex boni essentia orta est: atque ita non duo principia sunt, sed unum. Sin autem tenebrae, quonam modo lucem intuentur? Si enim intuentur, lucem habent. Si luce careret, cæcæ sunt. Quonam ergo pacto lucem perspexerunt? Quonam item pacto tenebrae in lucido atque illustri erunt, nec soluentur? aut quid commercij luci cum tenebris? Ac rursus: Materia vel habitus est, vel non. Si habitus non est, qui motum habuit? Quicquid enim vita caret, ne moueri quidem potest. Si autem habitus, aut ex se, aut aliunde, aut à bono vitam habet. Qui porro bonus esse queat, qui vitio motum dederit? Si autem ab alio, non iam duo, sed tria principia erunt. Ac rursus: Materia, vel ex se hoc habebat, ut sempiterna esset, vel ab alio facta est.
- C Ac siquidem ab alio facta est, sempiterna non est. Sautem sempiterna erat, semper hoc habuit ut esset, neque unquam hoc habuit, ut non esset. Quid igitur est quamobrem eam corruptionem ac mortem dicatis? Corruptione enim hoc assert, ut aliquid non sit: materia autem nunquam hoc habuit, ut non esset. Semper enim erat, ut ipsi prædicatis. Qui sit ergo, ut hoc dare queat, quo caret? Ac rursus: Generatio & corruptio inter se pugnant. Generatio enim est ex nihilo in ortum productio: corruptio autem ex ortu in nihilum dissolutio. Quocirca si materia de vestra sententia corruptio est, quonam pacto fructus edit ac gignit? Ac rursus: Corruptione, quæ quidem perfecta atque omnimoda est, seipsum corruptit. Etenim si seipsum tuerit atque conseruat, haudquaquam omni ex parte corruptio est. Quod si seipsum quoque corruptit, non iam erit.¹⁷ Enim uero ἀγαθὸν.
- D i. bonum, hinc dicitur, quasi ἄγαθον. i. valde diuinum: vel πάτερ τὸ ἀγαθὸν πάντων, hoc est quod omnia ad se ducat, ut quod natura amabile & expedientum sit, & quod naturaliter omnia appetunt. Malum autem nihil est aliud, quam natura repugnans appetitio, hoc est cum aliud quidpiam praeter id quod natura expetendum est, appetimus. Omnis porro, etiam malorum, principium ac finis est bonum. Boni enim causa omnia, tam bona, quam contraria fiunt. Nam & ea boni studio & cupiditate facimus. Nullus enim malum sibi ante oculos proponens, ea facit, quæ facit. Ac proinde ne substantiam quidem habet malum, sed tanquam substantiam: nec sui, sed boni causa perpetratur. Quicquid enim fit, aut boni causa fit, aut eius quod bonum esse opinamus. In errorem à Deo agitur Propheta,
- E vel Deo ipsum pro cupiditatibus suis merito aberrare sinente: vel cum aliquid predicit, ac Deus alia efficit præter ea quæ prædixerat, tum in errorem à Deo actus esse dicitur, hoc est imposturæ conuincitur. Iam vero hoc velim nobis explicatis, δι Manichæi, materia, quam malum, & tenebras, & corruptionem, & mortem dicitis, ortuque carere, ac sempiternam esse contenditis, substantiane erat, an accidens? Si substantia, aut corpore prædicta erat, ut terra, aqua, aer, ignis: aut corpore vacabat, ut Deus, angelus, anima: aut denique ex corpore & incorpore natura concreta erat. Ac siquidem corpus erat, motu carebat. Corpus enim omne anima & motu caret. Porro si motus expers erat, quonam modo ad lucis fines se contulit, aut quonam pacto motum habuit? Aut enim bonus ei motum attulit, atq; ita boni nomen obtinere non poterit, qui malo motum dederit: aut præter bonum aliud est qui ipsi motum dedit: sicque tria principia futura sunt, non duo,

D. IOANN. DAMASCENI

Si autē hīc dicitis quōd materia incorporeā erat, à quo ergo corpus accepit? Neque enim corporis ac principij expers substantia in corpus verti potest. Vnde ergo innumerabilis hēc corporū multitudo fluxit? Sin vārō materiam ex eo quod corpore vacabat, & ex corpore, concretam fuisse dixeritis, illud nos scatis velim, fieri non posse, vt homo nisi ex animo & corpore compositus atque concretus sit, ac rursus illud fieri non posse, vt corpus, nisi ex simplicibus elementis, hoc est terra, aqua, aere, igne, confletur. Quocirca prius simplicia esse necesse est, ac tum denique ea fieri, quæ ex simplicibus constant. Proindeq; non duo, sed tria principia futura sunt. Ex quo intelligitur fieri nō posse, vt materia ortu careat. Quin si ea ex incorporeo & corpore constat, quid causæ est quamobrem hominem ex incorporeo sua natura, & ex corpore suo non effecerit? Audi cœlum, & auribus percipe terra. Attende cœlum, & loquar: & audiat terra verba oris mei. Loquar enim verba, non cordis mei, sed tenebris obductorum ac sceleratorū Manichæorum. Audite populi, tribus, linguae, audite. Hodierno die cœlum ac terra vnum theatrum sint. Audite quid execrandi Manichæi dicant, circa lumen caligantes, ac verè os diaboli. A iunt materiam cum Deo conflixisse, partemque ab eo astraxisse. Circumscripsum videlicet Deum dicunt, vt qui oppugnet & oppugnetur, ac in cœlo afficiatur, & amputetur. Quid ais? Deus ne bello lacefuit? Deus ne abscondit? O me miserum! Non eos morte afficiemus? Non flammis absmemus? Cum his consuetudinem habebimus? Hos ad communionem recipiemus? Quisquis cum iis communicat, eorum est similis, partisque eorum, tum in hoc ævo, tum in futuro erit. Fratres, communio dicitur: at mortem prius operatus, quām vt Manichæos ad communionem admittamus. Moriamur, vt vivamus. Qui eos ad communionem admittit, Manichæus est, atque ipsi pars. Praefat Iudaismum profiteri, ac Iudæum mori, quām cum Manichæis communicare.¹⁸ O singularem Manichæorum absurditatem! Audite, per Deum vos obtestor, ô viri, quid iste perditissimus Manes dicat. Non est, inquit, mundus Dei, sed diaboli. Nimirū vult nos à Deo nostro abalienari. Et in cœlo, inquit, coniectus est Deus, quōd pars ab eo absissa esset: atque dolore affectus. At qui si pars ab eo amputata est, in eum quoque profecto corruptio cadit. Nam quod amputatur, corruptioni obnoxium est. Malum, inquit, partem Deo eripuit atque abstulit: ob eamque causam mittit Deus, partemque sibi erectam vicissim prædatur & eripit. Dei ergo prædones inducis, ô perditissime! At etiam, inquit, machinas extruxit Deus, nimirū duodecim vas, & Solem ac Lunam, vt quod suum erat, caperet. Qua tandem de causa? Vt bonus ignem mittat, ac mundum exurat, gminaque deleat, & materiam infra in loco suo reponat, animasq; eas, quæ Mamen minimè receperint. Audite quid Dei aduersarius dicat, quamque materia vim tribuat. Dei altissimi robur denicit. Primum enim ait ei sua furto surreptum fuisse. O ingentem, imbecillitatem! Deumne meum imbecillum dicas? At vlt̄ ac lubens id passus est. Cur ergo in cœlo affectus est, si non ci vis alata est? Nemo enim sua sponte prodit, ac discruciat. Quod si, ne ipsius locus occuparetur, cūm alioqui materiam superare non posset, diripi se passus est, quid afferri potest, quin imbecillitate labore? Postea in cœlo versatur, ac pars ab eo auulsa exercitatur. Itaque technas adhibet, & machinas efficit, vt quod suum est, capiat: ac ne id quidem integrum recipit. Etenim anima illæ, quæ Mamen sequi recusarūt, semper in pœnis afficiuntur. Ac postremo materia rursus, postea quām bonum seditionibus exercuit, & affixit, nullaque ipsa calamitate affecta est, in suum locum restituitur, ad suaque fæse vñā cum animabus illis, quæ Mani minimè crediderunt, se recipit. At fortasse rursus quoque rebellabit. Dicite autem nobis, ô Manichæi, Materia, cūm prius quieta ac pacata esset, bonâ an mala erat? Si mala, postea igitur, excitata seditione, bona facta est. Sin autem prius bona, post igitur mala redditâ est. Deinde, cūm intestina seditione laborauit, ac temere agitata est, atque ad lucis fines progressa est, si quidem lucem materiae experte perspexit, quoniam

Esa. 1.

*Manichæos
rū execran-
da impie-
tas.*

*Non comu-
nicandum
cum hereti-
cis.*

*Manichei
Deū imbe-
cillum esse
aiunt.*

A quonam modo cæca est? Quonam item modo fieri queat, ut materia lucis à materia remotam cernat? Si autem animaduertit, quonam pacto ratione ac mente caret? Et eam, de vestra sententia, adamauit. Quonam ergo modo animæ expers est? quonam modus mala? Neque enim illud malum est, quod bonum amat. Quonam insuper modo mente ac sapientia caret, quæ ex finibus suis, rōn bruti cuiusdam animantis, sed præstantissimi cuiuspiam ac bene constituti imperatoris instar, excessit, lucisque haud contemnendam prædam accepit, atque ita ad sua se retulit? Quonam in super modis malam eam dicitis, quæ bonum suscepit ac continxit? Quæ enim ita comparata sunt, ut bonum suscipere queant, ea nec contraria, nec inimica sunt. Ac rursus: Si Dei pars à materia abrepta est, sequitur ut materia agendi & efficiendi vim habeat, contrà boni natura perfissioni obnoxia, ac fluxa sit. Quod si illa boni cupiditate affecta est, bonus autem sui partem malo dedit, vtrumque mutationem suscepit. Nam & malum eò bonum effectum est, quod boni cupiditate flagravit: & bonum eò malum redditum est, quod malo miseri non recusavit. Ac rursus: Bonum ex huiusmodi raptu atque coniunctione, vel detrimentum accepit, vel attulit: vel utilitatem accepit, vel dedit. Si utilitatem accepit, efficax ergo & bonum est illud, quod utilitatem attulit, inferiusque ac passibile id, cui utilitas allata est. Sin autem detrimento affectum est, sic quoque passibile id esse constat, quod læditur, firmiusque ac valentius id quod lædit. Sin læsit ipse, malus est. Si profuit, inuidia igitur laborat, qui ob eam causam mœsto animo est, ac sœvus, qui C materiam igni tradat, ac, præ incredibili quadam sœvitæ magnitudine, partem quoque suam vñā cum ea. Quod si detrimentum tec accepit, nec inutilit, commodumque item nec dedit, nec accepit, primùm quidem inefficax est: cùm tamen boni ea natura sit, ut vbiunque fuerit, prospicit, siquidem probam, in qua vim suam exerat, materiam nanciscatur. Deinde iniquus est, quod nec beneficio nec incommmodo affectus, materiam nihil commeritat puniat. Si autem id stomachatur ac molestè fert, quod materia ipsius amore capta, ac potita fuerit, vestra ratione ac sententia non est quod quisquam ipsius amore inflammetur. Quod si, vt dicere soletis, Deus materiam sibi imminentem perspiciens, " vtrò partem sui ab ea sibi eripi pas- D sus est, vt ipsius motu circumscripto atque compresso, eam postea supplicio afficeret, ac tanquam iniecta reti quodam gehennæ affigeret, primùm illud quæro, cur non statim eam fixerit, ac gehenna tradiderit. Quod si nisi hoc modo non poterat, quid tandem est quod nobis malo non resistentibus succenseat, cùm ipse præ virsum imbecillitate animas nostras prodiderit? Deinde, gehennam dicentes, aut eam eiusdem cum bono, aut eiusdem cum malo substantiæ esse dicetis, aut alterius cuiusdam substantiæ: & ita non duæ, sed tres futuræ sunt. Si eiusdem cum bono substantiæ est, quonam modo cruciat? non enim bona est gehenna. Si autem eandem cum malo substantiam habet, malum non cruciat. Nihil enim sibi ipsi cruciatus infert. Sin denique aliud quiddam præter hæc duo, tria ergo principia erunt, non duo. Aut certè ex nihilo in ortum producta est. Quod si ita est, quin ergo, recta via incedentes, omnia ex nihilo in ortum prolata fuisse dicimus? Iam verò quod ortu caret, id mutationis quoque expers est. Mutatio enim est, cùm id, quod prius non erat, postea existit. Quorum porrò status à mutatione cœpit, ea quoque natura mutari possunt: quemadmodum contrà ea suapte natura ab omni mutatione abhorrent, quorum status haudquam à mutatione initium duxit, verum principij omnis expers est. Quonam agitur modo nos ex substantiis ortus expertibus extimus? Num enim ipsæ quoque tales sunt, quales nos mortales? Si enim tales, quonam pacto mutatae sunt? Ex quo intelligi datur, nos non ex sempiternis substantiis, sed ex nihilo ortos esse. Præterea, si ortus expers ac sempiternum principium est materia, & malum, quod

M m m

ex ipsa ortum dicit, & quicquid habet, hoc est tyrannidem & robur, & vitium, F
omnia inquam ista perpetua atque immutabilia habebit. Quanam igitur ra-
tione is, qui vsque ad eam pertinuit, vt partem etiam sui ab ea capi permis-
erit, ex eam ad extremum superare poterit? M A N. Quia de causa Deus cum præ-
siceret fore, vt diabolus ex malo in bonum verteretur, ac boni iacturam face-
ret, bonique expers, hoc est malus fieret, eum condidit? O R T H. Si enim
prænoscebat, certe vt omnino futurum prænoscebat. Etenim eius, quod non
omnino futurum sit, præscientia, non præscientia, sed ignoratio est, & im-
possibilitas. M A N. Volensne Deus eum fecit? O R T H. Certe volens. M A N.
Et quid est, quamobrem, cum bonus esset, eum facere voluit, qui malus fu-
turus erat? O R T H. Deus eum bonum fecit: verum ipse voluntariè mutatus G
est, ac bonum abiecit. M A N. Quidnam autem est, cur eum arbitrij liberta-
te præditum ac mutabilem efficerit? O R T H. Quicquid creatum est, hanc na-
turam habet, vt mutari possit. Quorum etenim ortus à mutatione initium du-
xit, ea quoque suapte natura mutabilia esse necesse est. An non enim mu-
tatio est ex nihilo in ortum productio? Quod fit, vt Deus solus natura immuta-
bilis sit, ut potè in creatus ac sempiternus. Ex rebus autem conditis, omnes
quidem illæ, quæ rationis participes sunt, voluntatis respectu mutabiles sunt:
reliquæ autem, corporis ratione. At verò arbitrij libertate præditum idcir-
co cum condidit, quia quicquid ratione virtutis, sui iuris sit necesse est. Quor-
sum etenim ratione vtetur, si arbitrij libertate careat? Nam quod, vel vi, vel H

Deus solus
natura im-
mutabilis
est.

*Frustra ra-
tionem ac-
cepit homo,
si arbitrij
libertate ca-
reat.*

naturæ neccesitate, fit, virtutis nomen haudquaquam obtinet. Ex quo effi-
citur, vt ne virtus quidem brutis insit. Porro bonorum virtutem ob non
nullorum inesciam atque ignauiam tollere, haud æquum est. M A N. Igitur
eos tantum efficere debebat, qui probi futuri essent, vt bonum solum esset, so-
laque virtus in orbe versaretur. O R T H. Perfectum bonum Deus solus est:
cumq; & que, si cum eo conferantur, imperfecta sunt, atque haec tenus dunta-
xat & sunt & dicuntur bona, quatenus ipse se illius impertit, ac mutuæ eorum
inter se comparationis respectu. Nam quod boni magis est particeps, ma-
gis quoque est & dicitur. Quod autem minùs, minùs quoque est. Quod
porro nullo modo bonum est, ne quidem est. Quod denique nullo modo est,
prorsus malum est. Atque ipsum hoc esse, bonum est. Ex Deo enim, qui I
bonus est, proficiscitur. Quamobrem cum diabolus sit, hac ratione quod
est, bonus est. M A N. Quid causa est, quamobrem dicat Dominus, Bonum e-
rat homini illi, si non natus fuisset homo ille? O R T H. Quoniam bono qui-
dem bona dare conuenit: at accipienti probrum ac dedecus est, accepta bona
minime seruare, non donantis, sed suipius culpa ac socordia. Et verò Deus
pro sua bonitate non potest non largiri bona, hoc est vult: at qui accipere re-
cusat, ipse sibi detrimentum accersit, dum potius ac pæstabilius ducit non ca-
pere, quam capere. Quocirca nec æquum nec bonum est ob eam causam,
quia hic accipere nolit, bonum, quominus benè faciat, ac bona præbeat, pro-
hiberi. Nam alioqui bonum malo cederet. siquidem cum Deus bonitate K
adductus ex nihilo in ortum producat, contrà, ea de causa, quia malus ali-
quis futurus esset, voluntariè videlicet à bono recedens, bonum boni opifi-
cium impediretur. Ac proinde non dixit Dominus, Utile fuerat, si non na-
tus fuisset homo ille, sed, Utile fuerat homini illi. Bonum quidem est, &
quantum ad naturam, & quantum ad ius attinet, vt bonus benè faciat, ac bona largiatur.
At qui accepit, nec conseruavit, turpe ac probosum sibi hoc ip-
sum efficit quod accepit. Ipse enim, qui bonum non vult, ne hoc quidem
bonum vult quod habet, neque eo delectatur. Et quidem, vt simus, nostri ar-
bitrij non est, sed à Deo solo proficiscitur: vt autem boni simus, tum ex Deo,
tum ex nobis manat. Deus itaque, quod suarum partium est, dat, vt bene si-
mus: at nos id quod in potestate nostra situm est, nempe vt data bona con-
seruemus,

Adat. 26.

*Vt boni si-
mus, tum ex
Deo, tum ex
nobis ma-
nat.*

A seruemus, vel facimus vel negligimus. Quod autem solius Dei est, siue ipsi velimus, siue nolimus, ipse pro sua bonitate tribuit: quod bonum vel aliqua saltem ex parte in nobis sit. Quin Deus diabolo quoque semper bona præbet: verum illæ accipere recusat. Atque in futuro ævo Deus omnibus bona tribuit (bonorum quippè tons est, bonitatem nemini non fundens:) at vñusquisque, prout capacem se se reddidit, boni particeps efficitur. Ac quidem hic dum aliud quipiam appetimus, eoque potimus, aliquam saltem voluntatem capimus. Illic autem, cùm Deus omnia in omnibus erit, nec cibus, nec potus, nec vlla carnalis voluptas, nec vlla iniqüitas futura est, tum verò illi, qui in ea conditione erunt, vt nec consuetas voluptates habeant, nec earum quæ ex Deo sentiuntur, capaces sint, in grauissimo atque incurabili quodam dolore versabuntur: non quod Deus supplicium fecerit, sed quod nos poenam nobisipsi parauerimus. Quandoquidem nec Deus mortem fecit, sed nos eam accersimus. Sap. 1.

Quanquam enim ea corporis omnis compositi natura est, vt dissoluatur aliquando & intereat: tamen quandiu Adamus cum Deo per contemplationem coniunctus erat, in ipso vitam habebat, qua mortalis ipsius caro supra naturæ leges viuiscaretur. Posteaquàm verò ab ea coniunctione, quæ ei cum vita, hoc est cum Deo erat, abscessit, ab ea quoque quæ supra naturam erat incorruptibilitate, ad eam, quæ naturæ consentanea est, compositi dissolutionem, hoc est ad mortem, venit. Quoniam autem nonnulli sunt, qui Deum, cùm eos, qui peccaturi, nec poenitentiam acturi, atque idèo condemnandi erant, prænoffset, eos ex nihilo in ortum producere minimè debuisse dicant: sic enim non modò illos nullo beneficio afficeret, verum etiam excruciare: pri-
mùm quidem ad eos illud Apostoli usurpabimus, O homo, tu quis es qui re-
spondeas Deo? Voluntati enim ipsius quis resistit? Quod enim vult, hoc de-
mum bonum est: ac potestatem habet figulus faciendi vas, aliud quidem in ho-
nore, aliud autem in contumeliam. Ipse enim est qui iustos & iniustos, par-
tim honore, partim ignorancia afficit. Etenim idem Apostolus in ea Episto-
la, quam ad Timotheum scripsit, posteaquàm vitia antè enumerasset, hæc verba subiungit. Si quis igitur emundauerit se ex his, erit vas in honorem. Nam
2. Tim. 2.

D cùm ita conditi simus, vt nobis arbitrij libertas insit, in nostra potestate hoc situm est, vt vel nosipsos à fœdissimis quibusque vitiis expurgemus, vel iisdem inquinemus. Cæterum Deus omnes bonos creavit. Ipse quippè omnibus, tum vt sint, tum vt bene ac præclarè sint, præbet, Solis nimis in star boni-
tatis suæ radios ad omnia opera sua diffundens. Atque vt quidem nos simus, non in nobis situm est accipere: vt autem beati simus, in nostro arbitrio con-
ficitur. Quocirca si velimus ac cupiamus, ipsius bonitatis participes erimus, at-
que in sempiterna luce verlabimur. Sin autem segnitie atque ignauia torpe-
scamus, nosque ipsos cæxitate afficiamus, eumque minimè expectamus, eius ex-
pertes erimus. Quamobrem haud consentaneum erat, vt ob ignauiam no-
stram ille bonitatis suæ beneficia non impertiret. Inter quæ videlicet primum illud est, vt aliquid sit. Neque par erat, vt vitium nostrum victoriæ ob-
tineret, atque inertem ipsius bonitatem redderet. Nam aliqui nulla omni-
nō res extitisset. Nihil enim est in omnibus rebus, quod, vt ipsius bonitat^{et} dignum est, munere suo perfungatur. Etenim si cuncta cum eo iuste conferan-
tur, vt sint profecto non merentur. Nec tamen bonus duntaxat eit Deus, sed etiam iustus. Atque omnia quæ nondum orta sunt, perinde cernit, ac si essent. Qui enim, inquit ille, vocat ea quæ non sunt, tanquam sint. Quod si, de vestra sententia, eos qui supplicio afficiendi erant, inducem edere mini-
mè debebat, imò verò pro exiencia sua ac præcellenti bonitate eos potius effi-
cere debebat, ac nō supplicio afficeret, sed peccantibus ipsis veniam dare. Vtrumque enim horum in ipsius potestate est, nempè & efficere, & ignoroscere. Quod

M m m ij

Nihil est,
quod, ut
Dei boni-
tate dignum
est, munus
suum obeat.
Rom. 4.

D. IOANN. DAMASCENI

si æquum est de iis qui peccant, suppliciū sumi, æquum quoq; certè erat ut etiam ipsi crearentur. Deus enim ea quæ sunt, tanquam quæ non sint, perspicit, neque ex rerum eventis iudicat, verū ex futurorum prænotione. Nam neque ex eorum quæ fūnt eventu, ea comperta & explorata habet, se à quæ futura sunt prænoscit, ac pro sua præscientia ea præfinit. Quonam autem modo præscire queat quod futurum non est? Nam si aliquem peccatum præsciūset, nec eum condidisset, præscientia hæc non esset, sed impostura. Quemadmodum enim cognitiæ est earum rerum quæ sunt: sic 20º prænotio earum est, quæ certo futuræ sunt.

Ez. 40. Quamobrem non est nobis committendum, vt de Deo iudiciam nobis arrogemus. Non enim ipsius consilium nobis est exploratum. Quis enim nouit men-

G tem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Neque enim consilia omnia sua nobis patefecit, sed ea demum, quæ nostra scire intererat: quæ autem scire nihil nostra referebat, ea occultauit. Ac proinde in Deum ne inquiramus. Ipse enim iudex est, ipse bonorum fons: nec bonum est ullum, nisi quod ipse vult: quemadmodum videlicet nec lumen ullum est, nisi quod à Sole hauritur. Ac sanè Deus, vt qui naturæ bonitate ac misericordia præstet, peccatum non vult, nec mortem peccatoris, nec viuentium exitio delectatur, nec iræ affectu obsidetur, aut poenam infert, verū omnibus bona fundit. Qui vult, accipit, & bonus bonis potitur. Atque in hac quidem vita moderatio quædam & gubernatio est, atque arcana quædam prouidentia, quæ ij, qui peccant, ad poenitentiam & melioram frugem vocantur. Poë extreum autem vitæ diem non iam mutationi, H non iam poenitentiæ locus est: non quod Deus poenitentiam non suscipiat (neque enim ipse seipsum negare potest, nec misericordiam suam abiicit) sed quia anima iam mutari nequit. Quocirca etiamsi quis omnibus iustitiae muneribus fungatur, ac deinde animum mutet & peccet, atque in peccati amore & cupiditate e vita excedat, in peccato suo morietur. Eodemque modo peccator, si resipuerit, atq; in resipiscientia mortem obeat, peccata ipsius obliuione conterentur.

Quemadmodum enim dæmones post lapsum non iam resipiscunt, nec rursus angeli nunc peccant, sed utriusque hoc habent, vt nulla iam in eos mutatio cadat: eodem modo homines quoque post mortem id habent, vt mutari iam non possint. Ac iusti quidem Deum cupientes, eo quæ semper fruentes, oblectantur: peccatores contrà peccatum cupientes, nec peccati materias habentes, tanquam igne I & verme corrosi, cruciantur, omni prorsus consolatione destituti. Quid enim aliud poena est, quam rei expertæ priuatio? Ergo pro cupiditatis ratione, tum ij, qui Dei cupiditate tenentur, in voluptate versantur, tum ij, qui peccati desiderio flagrant, puniuntur. Nam & illi, qui eius rei compotes sunt, quam concupiscunt, pro cupiditatis sua modo delectantur: ac contrà ij, qui id, quod cupiunt, non consequuntur, pro cupiditatis sua portione discruciantur. Velim autem id mihi respondatis, quidnam Omnipotēs vocabulum significet. An non eum qui omnia imperio tenet? Ait enim Apostolus, Qui autem omnia creavit, Deus. Quid igitur afferri potest, quamobrem omnipotens sit Deus, si vitio ac materiae non dominetur? aut quamobrem opifex sit, si materiam non effecit? aut cur denique K sit Deus, si imperfectus sit, nec plenam ac perfectam vim habeat? Quid enim causa est, cur materialia non deleuerit, ac subiecerit, sed eam ad certum tempus seditionem exercere permiserit? Si quia noluit, bonus certè non est. Neque enim boni, nec iusti est, peccantibus acquiescere. Si quia non potuit, Deūsne is esse queat, qui imbecillis est? Neque enim idem vobis afferre licet, quod nos de eo, quod diabolus effectus sit, attulimus, nimis hoc ipsum quod ille sit, bonum esse. Nam nos, cùm ipsi hoc tribuamus, quod à Deo creatus sit, bonum hoc esse quod ipse sit, non iniuriā dixerimus. Nam quod à bono datur, quin bonum sit, nihil causa est. At vos, cùm materiam ex bono ortam esse negetis, immo etiam ipsam naturā malam, ac boni prorsus expertem esse contendatis, nullo modo bonum hoc esse dicere queatis, quod ipsa sit. Ex quo illud efficitur, vt de

vestra

*Amortu
homines
immorta
biles sunt.*

Hab. 3.

A vestra sententia nec bonus nec iustus Deus sit, qui eam à principio minimè susciperet. Ac rursus: Si ex boni & ex mali substantia cuncta ortum habent, certè nec bonus, nec malus, rerum creator, sed patres sunt. Ac rursus: Si malum bono contrarium est, ut sensenti, & principium principio, & substantia substantiae, & ut vestro more loquar, Deus Deo, sicut cùm in nostro arbitrio ac potestate sit, bonum aut malum facere, in nostra quoque potestate hoc situm erit, bono vel malo palmam dare, nosque causa erimus cur vterque alterum supererit. Nos verò unum Deum bonum, iustum, omnium effectorem, omnia imperio tenentem, omnipotenterem, parem voluntati vim habentem, esse dicimus: ab eo que cuncta, tam quæ cernuntur, quam quæ oculorum obtutum fugiunt, creata, atque non ex ipsis substantia, sed ex nihilo in ortum producta fuisse. Omnia enim quæcumque voluit Dominus, fecit: atque id demum bonum esse affirmamus, quod ipse vult. Neque rerum effectuarum est de effectore iudicare: nec prouidentia ipsius rationes nobis perspectæ sunt. Quis enim nouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Nam si ipsis consilium, atque voluntas humanæ cognitioni pateret, nec Deus esset, nec admirationem sui moueret. Quemadmodum enim ipsis substantia omnem ingenij captum fugit: sic etiam ipsis voluntas & prouidentia. Etenim si ea, quæ hominum sunt, nemo scit, nisi vniuersusque spiritus, qui in ipso est, quin ne omnia quidem sua quisque cognoscit (Neque enim futurum exploratum habet, nec quid crastino die volunt, ei compertum est, ac sàpè etiam eorum quæ constituerat, obliuione capit:.) quantò tandem minus Dei voluntatem, ipsisque consilium perspectum habebit? Quocirca Deus pro sua præscientia cuncta curat. Ac quanquam non nullis, qui nec futura, nec præterita, immò nec præsentia omnia narrunt, præpostera ipsius gubernatio videatur: plana tamen verè, & æquabilis, ac bona & iusta est. Nam cùm ea, quæ in arbitrio nostro consistunt, perinde prænoscat, ac si iam essent, futura iuste & vult & iudicat. Neque enim Deus hominis more cernit.

Psal. 134.

B manus, quod ipse vult. Neque rerum effectuarum est de effectore iudicare: nec prouidentia ipsius rationes nobis perspectæ sunt. Quis enim nouit mentem *Esa. 40.*

Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Nam si ipsis consilium, atque voluntas humanæ cognitioni pateret, nec Deus esset, nec admirationem sui moueret. Quemadmodum enim ipsis substantia omnem ingenij captum fugit: sic etiam ipsis voluntas & prouidentia. Etenim si ea, quæ hominum sunt, nemo scit, nisi vniuersusque spiritus, qui in ipso est, quin ne omnia quidem sua quisque cognoscit (Neque enim futurum exploratum habet, nec quid crastino die volunt, ei compertum est, ac sàpè etiam eorum quæ constituerat, obliuione capit:.) quantò tandem minus Dei voluntatem, ipsisque consilium perspectum habebit? Quocirca Deus pro sua præscientia cuncta curat. Ac quanquam non nullis, qui nec futura, nec præterita, immò nec præsentia omnia narrunt, præpostera ipsius gubernatio videatur: plana tamen verè, & æquabilis, ac bona & iusta est. Nam cùm ea, quæ in arbitrio nostro consistunt, perinde prænoscat, ac si iam essent, futura iuste & vult & iudicat. Neque enim Deus hominis more cernit.

Reg. 16.

C Homo quippe videt in faciem: Deus autem intuetur cor. Ac nos haud raro id etiam, quod ab omnibus iustum esse iudicatur, iniquum esse censemus: vel quia animus noster vitio occupatus est, vel quia non eadem res omnibus placet, sed aliis alia. At Deus non ex pœnitentia vel postera cognitione, sed ex prænotio-

D ne iudicat. Nam cùm Deus omnia prænoscat antequam orientur, iuste & prouide atque utiliter vnicuique hoc præfiniuit, vt quæ in nostra potestate minime sita sunt, iis, quæ in nostra potestate confidunt, responderent. Aliud siquidem est cognitio, aliud prænotio, aliud agnitus: aliud item decretum, aliud *γνῶσις*, *τρόπον*, *πρæfinitio*. Cognitio enim est, ea quæ sunt, aut sunt, scire. Prænotio, ea quæ futura sunt, antequam in ortum prodeant, nosse. Agnitus vero, ea, quæ post *γνῶσις*, falsam accedit, cognitio. Eodem modo decretum est iudicium ac sententia de iis rebus quæ contigerunt. Præfinitio autem, iudicium & sententia de futuris.

Quæ cùm ita sint, Deus ea quæ voluntariè à nobis futura sunt, hoc est ea, quæ in potestate nostra sita sunt, nimis virtutem ac vitium præsciens, ea demum præfinit, quæ in arbitrio nostro minimè consistunt. Ac quidem vis Dei præsciens à nobis causam haudquam habet. At verò, vt ea quæ facturi sumus præsciat, à nobis proficiuntur. Nam si facturi non essemus, ne ipse quidem, quod futurum non esset, prænosceret. Et quidem Dei præscientia vera atque inuicibilis est: verum ipsa haudquam causa est, cur omnino fiat id quod futurum est, quin potius, quia hoc vel illud facturi sumus, idcirco prænoscat. Multa porro prænoscat, quæ ipsis minimè grata sunt. Nec propterea tamen ipse horum causa est: quemadmodum nec medicus idcirco morbi auctor est, quia futurum prænouit, vt quispiam in morbum incideret: verum ipsa quidem ægrotatio ab alia causa proficiuntur, quæ morbum parit: medici autem præscientia ab ea arte manat, qua ipse instructus est. Ad eundem modum id quoque, quod à nobis futurum est, à Deo causam non habet, sed à libera nostra voluntate. Vo-

Deus multa prænoscit, quæ minimè ipsa grata sunt.

D. IOANN. DAMASCENI

lunatis porrò libertas, haud mala est, si, ut nobis, & ad quem vsum data est, ea F
vtamur. At quòd prænoscat Deus, id verò præscienti ipsius potentia ascriben-
dum est. Quin ne pœnarum quidem nostrarum Deus author est. Neque e-
nim, cur sceleratus pœnas hæc, iudex causa est, etiamii ipse volens sententiam
ferat: verùm is, qui facinus admisit, pœnam sibi ipsi accersit, iudex autem iusti-
tiae causa est. Iustitiam porrò bonam rem esse constat. Quamuis enim volens
iudicet, non tamen primariæ voluntati ratione iudicat, sed secundariæ. Prima- G

*Que prima
ria, que se-
cunda, et tria vo-
luntas.*
1. Tim. 2.

riæ enim voluntas est, id, quòd quippe ex seipso vult: secundaria autem, id,
quod earum rerum, quæ contingunt, causa vult. Primariæ harumque Deus ex se-
ipso vult omnes homines saluos fieri, atque ad veritatis agnitionem venire. Cum

autem peccamus, utilitatis nostræ cauſa nos castigari vult. Ita primaria Dei vo- H
luntas bonitatis est: secundaria, iustitiae ipsius. Quòd autem Deus pro sua præ-
scientia omnia præfinierit, hinc demum intelligemus. Deus mutationis expers
est, atque ex prænotione, non ex postera agnitione, iudicat. Nam si in diem iu-
dicat ac decernit, in diem quoque id quod fit cognoscit: atque etiam, vt
quidam aiunt, & pœnitudine ducitur, & vitæ annos adiungit, nescientes vi-
delicet quid dicant. Etenim si pœnitentia ducitur, & annos adiungit, cer-
tè & voluntatem & cognitionem eiusmodi habet, in quam mutatio cadat.

Esa. 38.
Id quòd à Dei natura abhorret. Quòd si in Scriptura sacra monumentis annos
vita Ezechiae adieciſſe dicitur, non ſamen ita adiecit, quaſi ignoraret, aut non
præfiniuſſet. Quin potiū ipſe ea, quaſ ad Ezechiam ſpectabant, & prænouerat,

& præfinuerat: verùm pro ſua prouidentia, vt ſaluti noſtra consulueret, ferme-

nem ita figurauit: quod nimirūm, quanta pœnitentiæ viſ effet, declararet. Nam

quòd pœnitudine affectus fuſſe dicitur, id à nobis ſumptum eſt. Scriptura

quippe, ad puerilem auditorum imbecillitatē ſeſe accommodans, humano

more loqui ſolet. Quemadmodum enim dicitur, Quare obdormis Domine?

non quòd Deus dormiat, ſed quòd ipſius patientiam ac lenitatem, auxiliique

dilationem ſomnum appelleſt (quandoquidem apud nos iij, qui ſomno tenen-
tur, opem nemini ferre queunt:) eodem modo pœnitentiæ quoque vocabu-
lum vſurpauit. Vt enim nos, cùm opibus aliquem auximus, atque ille eis male

vtitur, pœnitentia afficiuntur: ſic etiam Deus, cùm hominem effeciffet, Saulem-

que in regem vnxiffor, ipſi que in peccatum lapsi eſſent, pœnitentia affectus fuſſe

dicitur: non quòd Deum pœnituiſſet (quid enim futurum eſſet, antè norat) K

ſed quòd illi ea perpetraſſent, quaſ pœnitentia digna erant. Quocirca bona a-

ger, ac boni effici contendamus, vt in eorum numero ſimus, quos Deus bonos

fore prænouit, atque ad æternam vitam præordinauit. Illud autem ſcire attinet,

quòd bonum prætantissimus ordo eſt, vnicuique, quod naturā ſuum eſt, con-

ſeruans, hoc eſt virtus. Contrà malum ordinis euerſio eſt, hoc eſt perturbatio.

Duplici porrò modo bonum dicitur, nempè vel id quod verè bonum eſt, vt

ordo ille, de quo nunc diximus, vel id quod boni tantum ſpeciem habet, vt volu-
ptas ea, qua præter eum ordinem, quem antè diximus, ſenſus titillatur: quod qui-

dem bonum non eſt, ſed malum potiū. Eodem modo malum quoque dupli- K

cī modo dicitur, nempè vel id quod verè malum eſt, hoc eſt quod præter ordi-

nem naturæ consentaneum, atque aduersus Creatoris legem ex propria volun-
tate atque ſententia efficitur (naturalis enim ordo in hoc ſitus eſt, vt quis Crea-

tori obdiat: perturbatio autem in contumacia atque ipſius contemptu) vel

quod opinione tantum malum eſt, vt quod ſenſibus acerbum eſt, ac nobis

graue & moleſtum, velut caſtigatio: quaſ quidem in bonis potiū atque v-

tilibus numerari debet, quippe quaſ ad naturalem ordinem nos reducat. Ac

voluntaria quidem mala dicuntur, quaſ verè mala ſunt, hoc eſt peccata: non

voluntaria autem, ea quaſ moleſtiā habent. Ergo neque horum, neque

illorum, Deus cauſa eſt, quemadmodum à nobis eſt demonstratum. Eſi

enim minimè voluntaria ſunt ea, quaſ mala idcirco dicuntur, quòd ob mo-

leſtiā,

A festiam, quam inferunt, impudentiamque nostram, mala nobis esse videantur, etiam si aliqui iis non affici, sit ab eo, quod opus est, aberrare (quandoquidem Deus iusta ratione, atque ut nos vtiliter erudit, voluptatis illecebram dolore mulctat) ea tamen à voluntariis malis pendunt. Siquidem mala non voluntaria sequi ea solent, quæ voluntate contrahuntur. Poenæ quippè ac disciplinæ, atque calamitates, ob eam causam sàpè nobis inferuntur, ut meliores efficiamur. Atque futuri seculi supplicium perfectus vitij ac peccati est iusteritus. Aut, ut contrario modo loquar, iis qui corporis voluptates legi naturæ repugnantes, ac peccata, quæ propter eas admittuntur, expetunt, hoc ipsum sempiternum supplicium erit, quod, qua illis vtantur, facultate prorsus destituti sint. Poena etenim

B hoc est, re cōcupita carere. Etenim legi naturæ repugnat ea voluptas, quæ ad peccatum usque graffatur. Hæc autem duplex est, altera animi, altera corporis. Voluptas animi est gloriæ cupiditas. Voluptas corporis, cibus, potus, corporis remissio, somnus, res venerea. Quæ quidem omnia naturalia sunt & bona, cùm, ut naturæ ordo fert, atq; ut Creator sanxit, fiunt: mala autem, cùm præter Creatoris legem ordinemq; atque usum naturalem. Naturalis porrò ordo in hoc situs est, ut gloriam eam, quæ à Deo proficiscitur, expetamus. Ut autem gloriam alij ab aliis defideremus, hoc verò naturæ repugnat. Deo enim soli, qui naturæ celebradus gloriæ afficiendus est, hoc congruit, ut gloria ab omnibus à se conditis rebus afficiatur. Nobis autem, ut nos Deo, tanquam opifici, ac mutuò alij aliis propter

C Creatoris legem submittamus. Hoc enim & erga Deum, & erga proximum benevolentia argumentum est. Diliges enim, inquit Scriptura, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Et, Omnis, qui se exaltaverit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. Itaque qui mutuæ gloriæ cupiditate flagrant, infidelitatis argumentum edunt. Non enim, inquit Christus, in me credere potestis, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriæ, quæ à solo Deo est, non queritis. Rursus, corporis voluptas, hoc est cibus, potus, ac reliqua,

cùm iuxta naturalem usum atque Creatoris legem sumuntur, bona sunt. At cùm contrà quām Dei lex ferat, atque ad voluntatem nostram, & præter usum naturalem usurpantur, mala sunt. Verbi gratia: Cibus & potus, si haec tenus adhibeantur, ut viuamus, corporisque tueamur, bona sunt. Somnus item, mulierisque usus, vñque suum nosse, bonum est. At verò cibo & potu ad voluptates à ratione auersas vti, mulierib[us]que promiscuè, brutorum instar, misceri, malum. Quocirca propter inanem gloriam, & immoderatum cibum & potum, ac scortationes existit auaritia, quæ harum rerum adminiculum est, inuidia item & contentio, & improbitates, & mendacium, & calumnia, & rapina, & cædes, & proximi odiū. Nam quia abundauit iniquitas, multorum charitas refixit. Per multos autē hoc

D loco Christus eos intelligit, qui iniquitatem exercent. Ex naturalibus itaque oriuntur ea, quæ naturæ repugnant, diabolo nempè per hæc omnia impetum in nos faciente. Duo porrò nobis summa adiumenta suppeditunt, nimis ut & nobis ipsi vim inferamus (amoris enim erga Deum argumentum vis est) & preces

E adhibeamus. Siquidem per precationem humilitas declaratur. Nam dum imbecillitatem nostram agnoscimus, Dei opem ac potentiam imploramus. Quin hoc scire opera pretium est, hanc quoque rationem esse, ut quis à peccatis liberetur, si de altero iudicium non ferat. A iudicando enim abstinere, humilitatis indicium est. Nihil autem est, quod Dei opem & auxilium aquæ prouocet, ut humilitas. Vide enim, inquit ille, humilitatem meam, & eripe me (ab eo hoste scilicet, qui

mihi infestus est) & à peccato meo, & ab insipientia mea. Ad adipiscendam insuper virtutem, cum probis versari conduixerit (Homo enim animal est suapte natura ad mitandum proclive: atque tam oculis quām corde ab eorum usu & cōsuetudine abstinent, à quibus ad vitium extimulamur. Hinc etenim sensillum rerum memoria in anima existit. Nobis autem mentem ab earum rerum, quæ sub sensu cadunt, memoria separare propcnit, ut ea leui pena ad eum Solem, qui

Mala non
voluntaria,
voluntari
sequi solit.

Duplex
voluptas.

Matt. 23.
Luc. 14.

Matt. 24.

Que adiu-
menta con-
tra vitium
homo ha-
beat.

Psalm. 24.

D. IOANN. DAMASCENI

animo tantum perspicitur, subulet, atque inaccesso & incredibili quodam ipsius fulgore collustretur. Mes enim ex sensuum rerum memoria crassitatem contrahit, & ad eas detorquetur: atque à pulchritudinis illius, quæ intellectu percipitur, consideratione ac fructu sese remouet. Nemo enim ab omnibus dominis servire potest. Denique nulla est ars, quam non consuetudine, & perseverantia ac vi mortales consequantur. Quæ cum ita sint, id curemus, ut per vim eam, quam charitas parit, & rationem, quæ ex humilitate ortum habet, & sensuum rerum fuga, contuberniisque cum negligenteribus & ignavis hominibus vitationem, per hoc etiam quod à iudicio de aliis ferendo abstineamus, humiliatemque; colamus, atque cum probis vita consuetudinem habeamus, salutem nostram operemur, illud cauentes, ne cogitationes, atque intestina nostra vitia occultemus. Quicquid enim occultatur, malum est: quod autem manifestatur, lumen est. Neque enim serpens in Sole gignit, sed in antris: nec semen super terram iacens, sed sub terra occultatum crescit. Eodem modo peruersæ quoque cogitationes, cum in aperatum minimè proferuntur, in interitum fruticant: bona autem in vitam æternam. Quam utinam nobis omnibus consequi detur per gratiam Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN SUPERIOREM DISPUTAT.

1 At falsum) In Graeco est τὸ δὲ λεῦδος, μὴ ὅντος γνῶσις: sed perspicuum est legendum esse & τὸ μὴ ὅντος γνῶσις. Alioqui stulta esset ea ratio, quæ sequitur. 2 Etenim Hac demum ratione) In Graeco exemplari hæc verba Orthodoxo tribuuntur, cum tamen Manichæi sint. Quod autem sequitur, ἀλλ' εἰς τὸν Χριστὸν σαματὸν κορυφὴν, idē prorsus esse arbitrari, quod apud Danielē cap. 13. εἰς τὸν σαματὸν πεφαλύ.

3 Quemadmodum enim immobile corpus ἀκίνητον habet utrumque exemplarum Graecum. Mihi tamen videtur legendum potius esse αἰώνιον. Loquitur enim de cœlo, quod, ut semel à Deo motum accepit, nunquam deinceps moueri desit. 4 velut murus interioritus) μὴ τοίχου est in utroque Graeco codice. μεσότοιχον tamen reponendum esse nemo est qui non videat. 5 nec bonus purè καθαρός lego, non καθαρός, & mox πονηρός οὐ πονηρός. Quod autem sequitur, διὰ τὸν πάντα τοιχογένεας τὸ εἰπούν πάντας. 6 Et quoniam modo contraria sunt?) Hic sanè, refragante licet utroque codice Graeco, tamen quoniam sensus hoc postulat, Manichæum loquentem induco. Cui statim respondet Orthodoxus. 7 deorsum reliquit) κατὰ lego, non κατά. 8 per se torpidum est) ἀναστάτωτον habetur in Graeco. Vis tamen argumenti postulat, ut αἰώνιον legamus.

9 Cuius porro rei) δὲ οὐ πτερόξις lego, non, ut corruptè in utroque codice Graeco διέλθει. 10 qui alterius suauis peccat) Hic quoque utrumque exemplarum Graecum habet δὲ ξενοφόλον ἀλλὰ ἀμαρτανων. At quin legendum sit ξενοφόλον, nemo est tam plibet iudicio, quin facilè animaduertat. 11 Quandoquidem iste malus futurus est) κακός hoc loco addendum est in Graeco. 12 atque haec tenus boni participem esse) Gr. κακαπατεχή τὸ ἄγαλμα. Legendum tamen κατὰ τὸ μετέχειν, vel κατά τι.

13 pœnam illam nil aliud esse) Per mirum sanè mihi est, Damascenum (siquidem verus K huiusc disputationis author est) de supplicio, tam dæmonum, quam impiorum hominū, ita sermonem habere, quasi pœnam duntaxat damni, ac non item sensus, in ipsis agnoscat, atque ignem illum vindicem tropicè solūm accipiat. Huc enim spectant hæc verba, κόλασις οὐκέτε τετέρον δέντρο εἰ μὴ τὸν ἀποκόκκον τῆς θειουμένας. i. pœna illa nihil est aliud, quam ighis frustrata cupiditatis. Sic enim vertendum est, non, ut quidam, vir alioqui doctissimus, ignis inordinatae ac immoderatae concupiscentia. Huc item illa, quæ mox sequuntur, θειουμένας οὐκέτε τὸ μετέχοντες της θειουμένας, πυρὸς δίκτελον τὸ της θειουμένας καταφλέγονται. Vbi ex his verbis, πυρὸς δίκτελον, intelligi datur, Authorem vocabulum ignis impropriè accipere. Atque etiam infra de eadem re agens, hæc vnam damnatorum pœnam constituit, nempe τετέρον μὴ μετέχειν. Sic enim loquitur: εἴτε δὲ οὐ μὴ μετέχειν τὸ τετέρον τευφὴν, οὐ δὲ ἀμετέχειν (vitiose enim legitur ανεξηγάνα) αὐτῷ κλασις. Quemadmodum paulò post pœnam diaboli hanc esse ait, τευφῆνας τὸ αἰδίνε τευφῆς. Denique etiam aliquantò inferiùs de damnatis rursum loquens, his verbis vititur, οἱ ἀμαρταλοὶ πονητὲς

DE NAT. COMPOSITA CONTRA ACEPH.

483

A θοῦντες τὸν ἀμαρτίαν, καὶ μὴ ἔχοντες τὸν ἀμαρτίαν, ὡς τὸν πυρὸς καὶ σκόλπιον κατεδίδωνται καλάσσαι. τὸ γέροντος καλασσοῖς, εἰ μη τῷ πόθενδρός τερποῖς; Ex quibus verbis liquidō pater, hunc Authorem impiorum pœnam in animi tantum cruciatu posse, non autem in corporis etiam dolore. Quod quidem mihi suspicionem afferit. Damascenū hunc librum non esse. Nam ille & lib. 2. Orthod. fidei, cap. 4. apertissimè tradidit diabolū, atque iis qui ipsum sequuntur, paratum esse ignem nunquam extingendum, semper inhumque cruciatum: & in fine ultimi capituli lib. 4. tum dæmones, tum impios & sceleratos homines, aeterno igni traditum iri ait. Aut certe, si hunc Dialogum Damascenū asserere volumus, dicimus eum, quia locis proxime suprà à me citatis pœnam sensus peripicte constituitur, hic Camni pœnam duntaxat commemorandam duxisse. Alioqui cùm impium hoc dogma, quod sensus pœnam damnatis eximit, cùm innumera Scripturæ sacre testimonia perspicue refutant, tum veterum omnium Patrum consentiens doctrina semper exploxit ac reiecit. Quòd detestabilior est eorum impietas, quos hac nostra prodigiorum errorum feracissima, proindeque miserrima, tempestate, idem non modò sentire, sed etiam, tum voce, tum scripto, profiteri non pudet. 14 Si immobile à principio) Græc. εἰ ἀνύντος ἀρχῆς τὸ γενέσης, &c. Vbi tamen appetit legendum εἰς, αρχῆς. 15 Idem porrò simul) In impresso codice Graeca sic habent, εἰς ἐπὶ τὸ αὐτοταγάθον. At manuscriputus melius, εἰς ἐπὶ τὸ αὐτὸν τὸ αὐτὸν ἀγαθόν, &c. Sequenti autē versu, ante hanc verba καὶ τὸ αὐτὸν διώματος, legendum εἰδεὶ φθερεῖ, ut sensus manifestè ostendit. 16 velut in abscondita quadam aula.) Gr. ὡς ἀποκρυψίας βασιλέως. Quod tamen vocabulum mihi mendo minime carere videtur. Atque haud scio an legendum potius sit, εἰς τὴν κεριμήν βασιλέως. Vult enim Author Manichæos materia suæ archontas quosdam, hoc est principes, seu præfectos perinde tribuere, atque si de legitima quadam regni administratione ageretur. 17 Enimvero ἀγαθόν) In utroque exemplari Graeca ad hunc modum habent, αγαθὸν λέγει πατέρα τὸ ἄγαν θεον πάντες τοῦτο εἴπουσι. Quidam tamen ad eruditissimi Cardinalis Sirleti codicem in margine, post θεον addendum putat. Cu- ius opinioni non inuitus subscribo. Quod autem mox sequitur εἰς φυσικῆς πάντα εἰρίει, nullo modo mihi immutandum videtur. Nam quod quidam vertit, Neque omnia natura liter appetuntur, planè ab Authoris sententia est alienum. 18 O singularē Manichæorum absurditatem) Gr. ὡς τὸ τῆς μανιχαϊστῶν legendum est. Itaque hanc lectionem in interpretatione sequi minime dubitaui, 19 utrō partem sui) Vox μέρος in utroque codice desideratur, necessariò tamen apponenda. 20 prænatio earum est, quæ certò futuræ sunt) τῆς πάντων εσομένων habent Graeci codices: πάντας, tamen legi debere sensus ostendit.

D

DE NATVR A C O M P O S I T A . C O N T R A A C E P H A L O S .

Acephalos, qui usitatiore vocabulo Monophysite dicitur, sunt, à seculo ortum traxisse scribit Suidas. Ego tamen potius ad Eutichenum, atque ipsius propugnatorem Diocorum, ipsorum originem resuscarim. Hi porro ob unicam duntaxat prepositiunculam, in qua tamen maximi momentu erat, ab Ecclesia proscripti, atque à Chalcedonensis Concilii Patribus anathemate percussi sunt. Etenim cum orthodoxis quidem Christum ex duabus naturis dicebant: sed eundem cum illis in duabus naturis esse minime concedebant. Aduersus hos igitur hic disputat Damascenus, ac sequenti erit tractata multa inferit, quæ ad opprimendum hunc errorum spectant.

X D I V E R S I S naturis natura vna tum denique efficitur, cùm copulatis in vnum naturis aliud quiddam à naturis copulatis diuersum efficitur, atque id quod efficitur, neutrum horum propriè est, nec appellatur: verum aliud quiddam. Verbi gratia, Ex quatuor elementis, hoc est ex igne, aere, aqua, terra, inter se conjunctis, ac temperatis, corpus conflatur. Corpusque id quod efficitur, nec ignis est, nec dicitur, nec aer, nec aqua, nec terra: verum ex his aliud quiddam ab his diuersum. Eodem modo ex equo etiam & asino gignitur mulus: qui tamen nec equus nec asinus est, nec dicitur, sed aliud quiddam ab his secretum. At vero Dominus noster Iesus Christus